ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΣ.

ARISTÆNETI

EPISTOLÆ.

TYPIS ABEL LANOE.

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΣ.

ARISTÆNETI EPISTOLÆ.

AD FIDEM COD. VINDOB.

RECENSUIT

ERCERI, PAUWII, ABRESCHII, HUETII, LAMBECII, BASTII, ALIORUM, NOTIS SUISQUE

INSTRUXIT

Jo. Fr. BOISSONADE.

LUTETIÆ.

CIↃIↃCCCXXII.

AB. FRANC. VILLEMAIN
LIBELL. SVPPL. MAGISTRO
ELOQ. GALL. PROF. PVBL.
ACADEM. GALL. XL VIRO
INGENII AC STVDIORUM DOTIBVS
EMINENTISSIMO
QVI DVM POTVIT
RES MEAS LATENTIS
MINIMEQVE OMNIVM SALVTATORIS
VLTRO
ORNAVIT AVXIT

ARISTAENETEVM HOC VOLVMEN
DEVOTISSIMI ET MEMORIS ANIMI
TESSERAM
D. D. D.

PRAESTANTIORI MONIMENTO
SPECTATISSIMVM EIVS NOMEN
INSCRIPTVRVS
NI VOLVNTATI FORET IMPAR
TENVITAS INGENII

PRÆFATIO EDITORIS.

Jam primum omnium non satis constat de auctore Epistolarum quæ sub Aristæneti nomine feruntur, quis mortalis fuerit et qua vixerit ætate; adeo ut, qui Aristænetum illum ipsum esse, cujus cum Libanio coævitas et familiaritas ex rhetoris hujus Epistolis notæ sunt, directo et pro certo in re tam ancipiti affirment, haud nihil ambigere saltem debeant; idque præsertim obstante Caramalli pantomimi injecta (I. Ep. 20.) mentione, cui cum Libanianis temporibus non aptissime convenit. Me quidem haud pœnitet Merceri Berglerique et Pauvii esse sententiæ, qui ita sunt interpretati: nempe, quum prima epistola duo in fronte gerat nomina (Ἀρισταίνετος Φιλοκάλῳ), eaque omnino, ut reliqua fere omnia, ex rei scriptæ argumento conficta, putant codici anonymo fictæ illius personæ nomen, quod prius in legentium oculos incurrebat, a librario aliove homine non bene diligente fuisse additum; itaque cuidam Aristæneto, tanquam vero et γνησίῳ auctori, integrum deinde volumen ψευδωνύμως tribui, quum primam tantum personatus Aristænetus epistolam scripsisse ab auctore fingeretur. Interea dum meliora e novis documentis discere liceat, opinionem istam sequar, utique illam sequantur aliis sum auctor; quos tamen monitos volo, ut, plura si cupient, Fabricii Bibliothecam Græcam et mox adponendas virr. doctt. præfationes adeant. Ipse enim, quum enormis commentarii longinquitas propositi operis formam excesserit, præcipiti nunc uti cogor festinatione, ut necessaria fere omittere velim, ne amplectar supervacua.

In contextu recensendo varietatem codicis Vindo-

bonensis adhibui a Bastio enotatam, cujus chartas ad Aristænetum pertinentes mihi ad tempus utendas permiserunt viri humanissimi et reverendissimi qui Oxoniensem Academiam moderantur. Horum enim benevolentiam benevolentissimus ipse mihi conciliaverat Th. Gaisfordius, linguæ græcæ professor reg., vir indefessæ industriæ et egregiis operibus memorabilis; cujus laudes fusius signem stylo, si facturus operæ pretium sim ea perscribens quæ quidquid hominum est græce eruditorum solide novit.

Quum Bastius, jam ab anno 1796, quo Specimen novæ Aristæneti editionis in vulgus emisit, ad ultimum usque vitæ diem, per annos quindecim Aristænetum nunquam fere e manibus deposuerit, ad hujus illustrationem cuncta quæ legebat, conferebat, excerpebat, sedulo referens, ex ejus adversariis solis editionem confectum iri sperabam, ut non mea, sed Bastiana dici posset. At pro thesauro, ut vulgo dici solet, carbones inveni, collectanea tantum nec ea magni adeo momenti, nihil absoluti, nisi in Epistolas 25 et 28 libri prioris commentarium, sed historicâ illa, nec utili aut commoda, methodo concinnatum, qua Specimen, et nonnullarum aliarum versionem, qua abstinere satius duxi, Mercero contentus interprete, etsi non usquequaquè fido. Nam literarum græcarum is est hac ætate profectus, ut latinæ versiones bibliopolis magis quam lectoribus placeant, nec in illis præsertim scriptoribus valde requirantur, qui eruditiorum tantum manibus versantur aut versandi sunt.

E Bastianis diligenter excerpsi quæ videbantur utilia. Evolvi quoque nec incuriose Lambecii commentarium, quem sibi Bastius ex autographo Vindobonensi descripserat. Nam Lambecius valde juvenis edendi

Aristæneti consilium agitaverat animo, et, quod fuit ad codicis calcem ab ipso notatum, commentarium « anno 1646, Amstelodami, Kal. Febr. » absolverat; sed rem non perfecit, nec eo modo perfecisset, opinor, quo cœperat. Nam in hoc commentario, satis amplo, multa sunt undique corrasa, compilata, expilata, propria pauca, bona paucissima.

Notis e Bastii et Lambecii penu depromtis, alias ex editorum et commentatorum aliorum libris excerptas addidi, Merceri, nempe, Pauwii, Abreschii, ceterorum. Quas Huetii, nomine signavi, e margine exempli Mercerianæ editionis descripsi, quod e doctissimi præsulis bibliotheca in Regiam migravit.

Lectorem, antequam Aristænetum huncce meum ipsi permittam, obnixe rogatum volo, ut quæ sunt typographi et correctoris, hominum in græcis non valde exercitatorum, peccata facili mente patiatur, nec quæ sunt mea editoris severius et inhumanius examinet. Nam magna fuit utendum mihi properatione; quippe qui, inchoatis, julio mense anni proxime elapsi, Aristæneti et Planudeæ Ovidianarum Metamorphoseon versionis editionibus, illam plagulis constantem undequinquaginta intra menses decem absolverim, hanc ad quingentesimam paginam perduxerim, simulque descripserim et ad editionem probabiliter præparaverim quum alia, tum ineditum Georgii Lapithæ poema, cui si quis redemtor esse volet, nomen profiteatur suum.

Vale, lector benevole. Malevolus qui fuerit, valeat.

Lutet. a. d. 17 Kal. maii 1822.

Gen. D. Philippo sen. Lib. Baroni in Winneberg, etc. IO. SAMBUCUS. S.

Aristæneti *cum alii meminerunt, tum in voce* Γέλα *Stephanus. Sed quia plures fuisse video, cujus ista sit* ἐπιστολῶν συλλογὴ *pronunciare non ausim. Operam certe memoria dignam his colligendis quicumque ille navavit, quod et prudentes sint, et argutiam cum lepore salibusque congruis et ab oratorum quoque* μελέταις ἐνθυμήματα *non aliena habeant. Verba pura, quædam etiam poetico more conjuncta factaque varietatem cumulant atque exornant. Taceo multa proverbiorum more adspersa, exempla, similitudines inditas commode, ut progymnasmatis oratoriis non parum subsidii libellum hunc allaturum minime dubitem. Deest quiddam ultimæ epistolæ, quod quidem restitui ex nulla, quod sciam, Europæ bibliotheca poterit, etc., etc.*

Viennæ. III. Id. Quinctileis MDLXV.

IAC. BONGARSIO AMICISS. S.
(*Mercerus*)

Aristænetum mitto ad te tandem, ut liberem fidem dudum obligatam tibi, qui mihi edendi auctor præcipuus. Itaque tuum est tueri et scriptorem et editorem. Caussabuntur multa multi sequius, quis hoc unum re-

spondere habeo : si male locata opera est in emendando et illustrando amatorio centunculo, ne ipsi male locent in legendo. Pleraque hæc meditata, scribta mihi in mediis armis, dum Rotomagus obsidetur a Christianiss. Principe, nosque in ejus comitatu obvii Parmensis Ducis infestis copiis. Quod alii temporis post arma aleæ, somno, hoc ego dedi tum huic curæ, ne quis horas meliores melioribus studiis dandas queratur. Et tamen in hoc ipso scribtore multa abstrusa antiquitati illustrandæ, quæ eruisse me non nollem aliquot seriarum horarum jactura. De omnibus judicium tuum esto, et habeto hoc indicium leve amoris non levis. Scribsi Lut. Paris. prid. Id. Nov. MDLXXXXV.

MERCERI PRAEFATIO AD NOTAS.

SCRIBTORIS *hujus mentio nulla in antiquitate omni quod sciam. Primus dedit ejus nomen in vulgus, et simul epistolas istas Sambucus anno* 1566, *dignas sane quæ non perirent. Et ingenue ille dedit, ad fidem scribti libri, ne mutatis quidem quæ facile emendari poterant; quam ego eandem fidem secutus sum, ut exemplar ipsum non immutatum ederem, nisi sicubi accentuum aut adspirationum error fuit, qui errores ab exscribtore, non ab autographo. Quæ certa putavi, adscribsi oræ libri, ceterorum conjecturam, simul rationem eorum quæ adscribsi, et quorumdam difficiliorum il-*

lustrationem servavi his notis. Quæ non potui sup sunt satis multa, quibus sanandis feliciora ingenia n deerunt. Hoc unum addam, epistolas has tersas, el gantes; sed fere totas ex optimorum scribtorum ass tis locis consarcinatas; cujusmodi notavi multa e Pl tone, Luciano, aliis; plura notaturus, nisi jam tand abessem a libris, et scribtorem hunc ipsum fere in m diis armis recensuissem magis quam in illo literato oti Ætatem qua vixit non aliunde probem quam ab e stola 26 primi libri, in qua mentio Caramalli Pan nimi, qui non longe ab ætate Sidonii Apollinaris; utriusque Romæ, quod nomen sub ævum posterior Imperatorum etiam datum Byzantio, translata se Imperii. Non esse eum cujus mentio in Stephano, m certum; ne eum quoque, quem quidam docti censen Aristænetum, qui collega Honorio A. in sexto co sulatu. Fortean nomen inscribtum primæ episto translatum ad auctorem hujus rhapsodiæ.

EX PAUWII PRAEFATIONE

Aristænetus, cui hæ Epistolæ adscribuntur, q fuerit et quando præcise vixerit, mihi incomper est. Inter Libanii Epistolas Epistolæ sunt plures ab ad Aristænetum scriptæ. Illum Aristænetum esse ips hunc Epistolarum auctorem, L. Holstenius credid ut videre est ap. Lambecium in Bibl. Cæsar. lib. p. 244. et seq. ubi quædam ex istis Libanii epist

proferuntur. Præcipuum Holstenii argumentum in eo positum est, quod Libanius Aristænetum ob epistolarum, quas ab eo acceperat, elegantiam laudet, et sic in epistolis conscribendis excelluisse testetur. Quid dicam? Dubito, et dubito summopere, non modo quia omnes epistolæ, quas hic habemus, sunt commentitiæ, et non fuerunt a quoquam in vita communi scriptæ; sed etiam, et quidem præcipue, quia descriptæ sunt omnes verbo tenus ex aliorum commentariis, ut nihil fere, nisi connexio, sit ab ipso auctore. Ea enim non quadrant certe in eum, quem nobis depingit Libanius, Aristænetum, virum non modo eruditum, quem magistrum suum appellat ipse rhetor, sed etiam animi erectioris et rebus gerendis idoneum, ideoque ad munera publica ab Imperatore admotum..... Credere itaque malo eas in gratiam juniorum a grammatico vel sophista aliquo conscriptas esse, ut viderent qua ratione ex meliorum auctorum flosculis epistolæ venuste ac eleganter compingi possent. Sic enim et scriptoris et scripti sequimur indolem, et omnia sunt mire consona. Suspicatur Mercerus nomen inscriptum primæ epistolæ fortasse translatum esse ad ipsius syllogæ auctorem; id perquam probabile etiam videtur mihi. Quare de ipso nomine auctoris, ne quid dissimulem, ego sum incertior, etc., etc. Traj. d. XIV. *Nov.* CIƆIƆCCXXXV.

EX ABRESCHII PRAEFATIONE.

Ad Aristænetum quod attinet, de eo nihil a me dici potest, quod non a Mercero, Salmasio, Fabricio [in Bibl. Gr. t. 1. 695.], aliisque viris eruditis qui vel dedita opera, vel obiter et aliud agentes, quis fuerit ac quando vixerit inquisiverunt, dudum dictum sit.

Æquabilis, ut in erotici argumenti opusculo, orationis tractus, vocumque ac locutionum peculiaris quarumdam, ut unicuique scriptori sua sunt propria, identidem occurrentium usus, dubitare me non sinunt, quin, si minus omnium, plerarumque certe epistolarum unus idemque fuerit parens. Figurata vero atque attica multarum periodorum compositio, auctorisque peritia, qua tot elegantiarum flosculos undique collectos ita apte scivit connectere, ut una quælibet epistola veluti florum fieret corpusculum, faciunt ut non modo Aristæneto illo Libanii æquali, cujus eo in genere studium ac solertiam hujus prædicant epistolæ, verum etiam quovis alio perito scribendi artifice dignissimas censeam, etc., etc. Zwollæ Non. Nov. 1749.

EX SCHURTZFLEISCHII PRAEF.

Vixit Aristænetus floruitque ætate Sophistarum, quæ IV *et* V *sæculis continetur; multaque sunt indicia, Caramalli in primis, pantomimi, Apollinaris æqualis,*

et Novæ Veterisque Romæ mentio, quæ eum Apollinaris istius Sidonii ævo non procul affuisse, et post instauratum a Constantino M. Byzantium vixisse, produnt ac confirmant. Patria fuisse Bithynum et Niceæ in lucem editum, floruisseque sub Constantio, ex Libanii Epistolis confici posse auctor est Lambecius. t. 6. Bibl. Vindob. p. 254. Meminit Aristæneti qui fuit Libanii æqualis et amicus, Amm. Marcellinus, l. 17. p. 167. ubi H. Valesii notæ conferendæ. Singula hæc docent doctis hominibus non amplius cum J. Mercero querendum esse, « Scriptoris hujus nullam in omni antiqui- » tate mentionem esse ». Ad dictionem ejus quod attinet, atticista elegans est et purus, diligensque veterum sectator, sed in charactere non semper æqualis, ut erotici scriptores solent, qui varietate et insperso sale poetico delectant, tumoremque orationis facetiis tegunt. Legit Platonem in primis, Philostratum, Plutarchum, Lucianum. In multis etiam cum Heliodoro congruit. Conferendus est etiam Eustathius, ut Longum et Achillem Tatium prætercam. Primus Aristænetum per Plantinum græce dedit [*an* 1566], *cui multi scriptores græci vitam debent, I. Sambucus. Post Sambucum Jos. Mercerus, nomine tamen de industria dissimulato, diligenti laudabilique instituto eundem recognovit, versionem et notas lucubratissimas addidit. Nos de opera Aristæneto ab eo adhibita plura in præsenti non commemorabimus, quam quod Cl. Salmasius, cujus socer fuit Mercerus, tali genero plane dignus, ejus exemplo non tantum Achillem Tatium, atticistam pariter amænum atque elegantem, ediderit, sed etiam*

in ipsum Aristænetum doctas, ut solitus fuit facere, animadversiones oræ libri sui adjecerit, qui post mortem viri maximi in bibliothecam Aug. Reginæ Suediæ Christinæ, delatus, Romam inde cum ea transiit, et, hac quoque fatis suis ibi defuncta, Card. Ottobono ex legato cessit, in cujus bibliotheca ea fere quæ mox sequentur exscripsi. Reliquæ observationes, partim nostræ sunt, partim Th. Munckeri, cujus codicem e Batavia nacti, ipsius olim deprehendimus Jac. Bongarsii fuisse, cui sibi amicissimo Mercerus eum dicaverat. Ea de re ipse Bongarsius in adverso prioris paginæ sua manu adscripsit sequentia:

« Quid me constricta spectatis fronte, Catones?

» Ex hoc elegantissimo, sed nequam, libello, cui » meum nomen præscriptum amicus voluit, mores ne » meos æstimato. Summis et innocentissimis viris licuit » olim, nec vitio vorsum, ludere lascivissimis versibus;

» Nam castum esse decet pium poetam,
« Ipsum: versiculos nihil necesse est.

» Et nobis impune a vobis siet liberam ingenuamque » frontem ad istos lepores exporrigere, quamvis adspersos nequitiola, et antiquitatis elegantias hic etiam » persequi. Lusus antiquorum procaces magnus Scaliger explicationibus et magno nomine Cujacii dignatus est. Et, hoc cum dixi, satis mihi dixi et bonis. »

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ARISTÆNETI

EPISTOLÆ.

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΥ

ΕΠΙΣΤΟΛΩΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.

Α'.

ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΣ ΦΙΛΟΚΑΛΩι.

ΛΑΪΔΑ, τὴν ἐμὴν ἐρωμένην, εὖ μὲν ἐδημιούργησεν ἡ φύσις· κάλλιστα δὲ πάντων ἐκόσμησεν Ἀφροδίτη, καὶ τῶν Χαρίτων συνηρίθμησε τῷ χορῷ· ὁ δὲ χρυσοῦς Ἔρως ἐπαίδευσε τὴν ποθουμένην εὐστόχως ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς. Ὦ φύσεως τὸ κάλλιστον φιλοτέχνημα! ὦ γυναικῶν εὔκλεια, καὶ διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών! Ἐκείνη γὰρ (ἵνα κάλλος ἀφροδίσιον εἰς δύναμιν διαγράψω τοῖς λόγοις) λευκαὶ μὲν ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι παρειαί, καὶ ταύτῃ τὸ φαιδρὸν ἐκμιμοῦνται τῶν ῥόδων· χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διῃρημένα, καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα· ὀφρύς τε μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον· τὸ δὲ μεσόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει· ῥὶς εὐ-

ARISTÆNETI

EPISTOLARUM

LIBER PRIMUS.

I.

ARISTÆNETUS PHILOCALO.

Amicam meam Laïdem bene creavit natura; sed optime omnium ornavit Venus, et accensuit Gratiarum choro. At Cupido aureus edocuit jaculari telis oculorum felicibus. O naturæ eximium operæ pretium! o mulierum decus! o vivam per omnia Veneris imaginem! Nam illi (ut veneriam formam, quantum pote, verbis depingam) mixtæ candore ac rubore genæ nativum rosarum splendorem referunt: subtiles labiæ, tenuique interstitio distinctæ, et rubicundiores genis; supercilia nigra purissima nigredine, disparataque inter se æquabili meditullio; nasus rectus et adæquatus tenuitati labiorum; oculi magni, lucidi, puro splendentes lu-

mine; quod in iis nigrum, pupulæ nigerrimæ; quod circum album, candidissimum; alterumque comparatione alterius elucet, et disparia valde gratiam sumunt ab ipsa vicinia. Gratias ibi insidentes adorare promtum. At coma nativa crispitudine similis, ut Homerus ait, hyacinthino flori; et hanc manus Veneris discriminavere. Cervix alba, et faciei æquabilis; et, inornata licet, satis teneris suis deliciis ferox: sed eam monile e gemmis cingit, inscriptum formosæ nomen ferens; cui gemmarum ordo pro literis. Statura procera; vestis elegans, conveniensque et membrorum adæquata compagini. Vestem induitur, formosa; exuitur, tota forma est. Incessus compositus, sed brevis, cupressi aut palmæ in modum agitatæ modico flamine: nam natura forma superbior esse amat. Sed illas, plantas quippe, aura Zephyri motat; hanc leves quodammodo sublevant auræ Cupidinum. Pinxere ipsam sibi, quam potuere optime, pictorum eximii: tum, si quando ipsis Helena, Gratiæve, aut ipsa Gratiarum præses effingenda, velut ad eximium pulchritudinis exemplar, respiciunt ad imaginem Laïdis, atque inde formam, quam accurate fingendam sibi proposuere, divine

proferuntur. *Præcipuum Holstenii argumentum in eo positum est, quod Libanius Aristænetum ob epistolarum, quas ab eo acceperat, elegantiam laudet, et sic in epistolis conscribendis excelluisse testetur. Quid dicam? Dubito, et dubito summopere, non modo quia omnes epistolæ, quas hic habemus, sunt commentitiæ, et non fuerunt a quoquam in vita communi scriptæ; sed etiam, et quidem præcipue, quia descriptæ sunt omnes verbo tenus ex aliorum commentariis, ut nihil fere, nisi connexio, sit ab ipso auctore. Ea enim non quadrant certe in eum, quem nobis depingit Libanius, Aristænetum, virum non modo eruditum, quem magistrum suum appellat ipse rhetor, sed etiam animi erectioris et rebus gerendis idoneum, ideoque ad munera publica ab Imperatore admotum..... Credere itaque malo eas in gratiam juniorum a grammatico vel sophista aliquo conscriptas esse, ut viderent qua ratione ex meliorum auctorum flosculis epistolæ venuste ac eleganter compingi possent. Sic enim et scriptoris et scripti sequimur indolem, et omnia sunt mire consona. Suspicatur Mercerus nomen inscriptum primæ epistolæ fortasse translatum esse ad ipsius sylloges auctorem; id perquam probabile etiam videtur mihi. Quare de ipso nomine auctoris, ne quid dissimulem, ego sum incertior, etc., etc. Traj. d.* XIV. *Nov.* CIϽIϽCCXXXV.

EX ABRESCHII PRAEFATIONE.

Ad Aristænetum quod attinet, de eo nihil a me dici potest, quod non a Mercero, Salmasio, Fabricio [in Bibl. Gr. t. 1. 695.]*, aliisque viris eruditis qui vel dedita opera, vel obiter et aliud agentes, quis fuerit ac quando vixerit inquisiverunt, dudum dictum sit.*

Æquabilis, ut in erotici argumenti opusculo, orationis tractus, vocumque ac locutionum peculiaris quarumdam, ut unicuique scriptori sua sunt propria, identidem occurrentium usus, dubitare me non sinunt, quin, si minus omnium, plerarumque certe epistolarum unus idemque fuerit parens. Figurata vero atque attica multarum periodorum compositio, auctorisque peritia, qua tot elegantiarum flosculos undique collectos ita apte scivit connectere, ut una quælibet epistola veluti florum fieret corpusculum, faciunt ut non modo Aristæneto illo Libanii æquali, cujus eo in genere studium ac solertiam hujus prædicant epistolæ, verum etiam quovis alio perito scribendi artifice dignissimas censeam, etc., etc. Zwollæ Non. Nov. 1749.

EX SCHURTZFLEISCHII PRAEF.

Vixit Aristænetus floruitque ætate Sophistarum, quæ IV *et* V *sæculis continetur; multaque sunt indicia, Caramalli in primis, pantomimi, Apollinaris æqualis,*

et Novæ Veterisque Romæ mentio, quæ eum Apollinaris istius Sidonii ævo non procul affuisse, et post instauratum a Constantino M. Byzantium vixisse, produnt ac confirmant. Patria fuisse Bithynum et Niceæ in lucem editum, floruisseque sub Constantio, ex Libanii Epistolis confici posse auctor est Lambecius. t. 6. Bibl. Vindob. p. 254. Meminit Aristæneti qui fuit Libanii æqualis et amicus, Amm. Marcellinus, l. 17. p. 167. ubi H. Valesii notæ conferendæ. Singula hæc docent doctis hominibus non amplius cum J. Mercero querendum esse, « Scriptoris hujus nullam in omni antiqui» tate mentionem esse ». Ad dictionem ejus quod attinet, atticista elegans est et purus, diligensque veterum sectator, sed in charactere non semper æqualis, ut erotici scriptores solent, qui varietate et insperso sale poetico delectant, tumoremque orationis facetiis tegunt. Legit Platonem in primis, Philostratum, Plutarchum, Lucianum. In multis etiam cum Heliodoro congruit. Conferendus est etiam Eustathius, ut Longum et Achillem Tatium prætercam. Primus Aristænetum per Plantinum græce dedit [an 1566], cui multi scriptores græci vitam debent, I. Sambucus. Post Sambucum Jos. Mercerus, nomine tamen de industria dissimulato, diligenti laudabilique instituto eundem recognovit, versionem et notas lucubratissimas addidit. Nos de opera Aristæneto ab eo adhibita plura in præsenti non commemorabimus, quam quod Cl. Salmasius, cujus socer fuit Mercerus, tali genero plane dignus, ejus exemplo non tantum Achillem Tatium, atticistam pariter amœnum atque elegantem, ediderit, sed etiam

» hanc in ætate habuissemus, aut rediret nobis me-» lior ætas! Non indignum esse in ore toti Græciæ » mulierem, quum et muti nutu monstrent invicem » formam Laïdis. » Non est quod dicam, neque est qui desinam: desinam tamen, unum hoc maximum optans, adesse his scriptis gratiam Laïdis, cujus præ amore magno sensi me iterasse cupitum nomen sæpius.

II.

(Virgines duæ adolescentem unum certatim amantes.)

Cantantem me in angiportu, superiori vespera, duæ virgines accessere amatorie respicientes, ridentesque, et solo numero cedentes Gratiis; meque rogaverunt certantes inter se serio, nec composito vultu ad fallaciam: » Quando tu bellas cantiones » occentans gravibus nos fixisti sagittis Cupidinum, » ecfare, testamur tuam dulcisonam concordiam, » quæ nostram utriusque animam simul cum au-

περίεστιν εὐπρεπείας, ὡς τῶν προσιόντων ἀγλαΐζειν τὰς κόρας τὴν Λαΐδα· καὶ γέροντες εὖ μάλα πρεσβῦται θαυμάζουσιν, ὡς οἱ παρ' Ὁμήρῳ δημογέροντες τὴν Ἑλένην· καὶ « Εἴθε » φασὶν « ἢ ταύτην εὐτυχήσαμεν » ἡβῶντες, ἢ νῦν ἠρξάμεθα τῆς ἡλικίας! Οὐ νέμεσίς » τὸ γύναιον εἶναι διὰ στόματος τῇ Ἑλλάδι, ἔνθα » κωφοὶ διανεύουσιν ἀλλήλοις τῆς Λαΐδος τὸ κάλ- » λος. » Οὐκ ἔχω ὅτι λέγω, οὐδὲ ὅπως παύσομαι· λήξω δὲ ὅμως, ἓν μέγιστον ἐπευχόμενος τοῖς γραφεῖσι, τῆς Λαΐδος τὴν χάριν, ἧς δι' ἔρωτα πολὺν οἶδα καὶ νῦν τὸ προσφιλὲς ὄνομα πολλάκις εἰπών.

Β΄.

(Παρθένοι νεανίσκον ἐφαμίλλως ποθοῦσαι.)

ΕΣΠΕΡΑι τῇ προτεραίᾳ μελῳδοῦντί μοι κατά τινα στενωπὸν δύο κόραι προσῆλθον ἀναβλέπουσαι χάριν ἔρωτος, μειδιῶσαι, καὶ μόνῳ γε τῷ ἀριθμῷ λειπόμεναι τῶν Χαρίτων· κἀμὲ δηνιρώτων αἱ μείρακες ἁμιλλώμεναι πρὸς ἀλλήλας ἀδόλως, καὶ ἦθος οὐ πεπλασμένον ἐμφαίνουσαι· » Ἐπειδὴ, μέλη προσᾴδων καλὰ, » τὰ δεινὰ τῶν Ἐρώτων ἡμῖν ἐμβέβληκας βέλη, λέγε, » πρὸς τῆς σῆς εὐμουσίας, ἧς ἐρωτικῶς πρὸς τῶν

» ὡσὶ καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπέπληκας ἑκατέρας ἀμφο-
» τέρων ἡμῶν, τίνος ἕνεκα μελῳδεῖς; ἑκατέρα γὰρ
» ἑαυτὴν ἐρᾶσθαι φησί. Καὶ ζηλοτυποῦμεν ἤδη, καὶ
» διὰ σὲ φιλονείκως καὶ μέχρι τριχῶν συμπλεκόμεθα
» πολλάκις ἀλλήλαις.» —» Ἀμφότεραι μὲν ὁμοίως»
εἶπον » καλαί· πλὴν οὐδετέραν ποθῶ. Ἄπιτε οὖν,
» ὦ νεάνιδες· ἀπόθεσθε τὴν ἔριν, παύσασθε ζυγο-
» μαχίας. Ἄλλης ἐρῶ· πρὸς αὐτὴν βαδιοῦμαι. »
» Κόρη » φασὶν « ἐκ γειτόνων οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα καλὴ
» καὶ φὴς ἄλλης ἐρᾷν! Ψεύδῃ προφανῶς. Ὄμοσον ὡς
» ἡμῶν οὐδετέραν ποθεῖς.» Προσεγέλασα τηνικαῦτα,
βοῶν ὡς, » Εἰ μὴ θέλω, πρὸς ἀνάγκης ἐπάγετέ μοι
» τὸν ὅρκον; » —» Μόλις » ἔφησαν » κατέβημεν, καιρὸν
» εὔκαιρον εὑροῦσαι, λαβοῦσαι, καὶ παρίστασαι δια-
» παίζων ἡμᾶς! Οὐκ ἀφετέος εἶ, οὐδὲ καταβάλῃς
» ἡμᾶς ἀπ' ἐλπίδος μεγάλης. » Καὶ ἅμα λέγουσαι
προσεῖλκον· ἐγὼ δὲ πως ἡδέως ἠναγκαζόμην. Μέχρι
μὲν οὖν δεῦρο τοῦ λόγου καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς
ὁντιναοῦν· τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἐν κεφαλαίῳ τοσοῦτον λεκτέον,
ὡς οὐδεμίαν λελύπηκα, θάλαμον αὐτοσχέδιον εὑρὼν
ἀρκοῦντα τῇ χρείᾳ.

» ribus amore perfudit, cujusnam gratia modularis? » Nam utraque amari se dicit; et jam æmulo livore » accendimur, sæpiusque propter te usque ad coma» rum laniatus processere nostra certamina.» » Certe » ambæ formosæ estis » inquam ; » ceterum neutram » ego amo : facessite ergo hinc, juvenculæ ; ponite » iras, pausamque facite certaminis. Aliam amo, ad » eam viso. » — » Non est » aiunt » pulchra virgo hic » viciniæ ; et aliam amare te dicis ? Manifesti teneris » mendacii. Jura te neutram e nobis diligere.» Adrisi tum exclamans:» Scilicet vos invitum jurejurando es» tis adacturæ.» — » Vix » inquiunt » occasionem com» modum nactæ descendimus, ac te prehendimus, et » tu nos præsens præsentes habebis ludibrio? Non te » amittimus; neque nos tanta spe frustraberis. » Simul dicto trahebant; at ego patiebar quodammodo vim dulcissimam. Et huc usque dixi satis, quodque fas audire cuivis. Quod superest dicam compendio : neutram ego offendi, tumultuarium stratum nactus ac sufficiens præsenti negotio.

III.

(Meretrix et adolescens sub arbore fruuntur mutuis deliciis.)

PHILOPLATANUS ANTHOCOMÆ.

Jucunde una fuimus cum Limona amatorio in horto, qui formæ amatæ conveniens quam maxime. Nam ibi platanus densa ramis, opaca umbra, aura modica, herba mollis, et tempestate æstiva florere docta. Consedimus humi, qua ditissimus campus arboresque juxta crebræ frugiferæ,

Punicaque et pirus, et fructu gratissima malus;

Dicat quis Homericum versum referens autumnalibus Nymphis sacrum locum. Sed his aliisque juxta arboribus florentes rami, fructus uberes, suavissimo odore permulcent amœnum locum. Decerptum ego folium commalaxavi digitis; tum admovi naribus; id mihi odorem spiravit longe dulcissimum. Juxta pampini patulæ altæque admodum cupressos amplexæ nostra diu tenuere in

Γ΄.

(Εταίρα καὶ νέος ὑπὸ δένδρῳ συνευωχηθέντες ἀλλήλοις.)

ΦΙΛΟΠΛΑΤΑΝΟΣ ΑΝΘΟΚΟΜΗι.

ΤΗι Λειμώνη χαριέντως ἐν ἐρωτικῷ συνέστημεν παραδείσῳ, καὶ μάλα πρέποντι τῷ κάλλει τῆς ἐρωμένης· ἔνθα πλάτανος μὲν ἀμφιλαφής τε καὶ σύσκιος, πνεῦμα δὲ μέτριον, καὶ πόα μαλθακὴ, ὥρᾳ θέρους ἐπανθεῖν εἰωθυῖα. Ἐπὶ τοῦ πεδίου κατεκλίθημεν, ἢ τῶν πολυτελεστάτων δαπίδων· δένδρη τε πολλὰ τῆς ὀπώρας πλησίον,

Ὄχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,

φαίη τις ἂν καθομηρίζων τῶν ὀπωρινῶν αὐτόθι Νυμφῶν τὸ χωρίον. Ἦν μὲν οὖν ταῦτα καὶ ἕτερα δένδρα πλησίον, εὐανθῆ μὲν τοὺς ὅρπηκας, πάμφορα δὲ τὸν καρπὸν, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν ἐράσμιον τόπον. Καὶ τούτων ἐκδρεψάμενος φύλλον, ὑπεμάλαττον τοῖς δακτύλοις· εἶτα, τῇ ῥινὶ προσάγων, γλυκυτέρας ἐπὶ πλεῖστον εἰσέπνεον εὐοσμίας. Ἄμπελοι δὲ παμμήκεις σφόδρα τε ὑψηλαὶ περιελίττονται κυπαρίττους, ὡς ἀνακλᾷν ἡμᾶς ἐπὶ πολὺ τὸν αὐχένα πρὸς θέαν τῶν κύκλῳ συναιωρουμένων

βοτρύων, ὧν οἱ μὲν ὀργῶσιν, οἱ δὲ περκάζουσιν, οἱ δὲ ὄμφακες, οἱ δὲ οἰνάνθαι δοκοῦσιν. Ἐπὶ τοίνυν τοὺς πεπανθέντας, ὁ μὲν ἀνεῤῥιχᾶτο, ὁ δὲ, ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθεὶς ἱκανῶς, ἄκρα μὲν τῇ λαιᾷ σφοδρῶς εἴχετο τοῦ φυτοῦ, βεβηκὼς ἐπὶ τῶν κλάδων, τῇ δεξιᾷ δὲ παρετρύγα· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ δένδρου χεῖρα ὤρεγε τῷ γεωργῷ, ὥσπερ γεγηρακότι. Ἡ δὲ πηγὴ χαριεστάτη ὑπὸ τῇ πλατάνῳ ῥεῖ ὕδατος εὖ μάλα ψυχροῦ, ὥς γε τῷ ποδὶ τεκμήρασθαι, καὶ διαφανοῦς τοσοῦτον, ὥστε, συνεπινηχομένων καὶ διὰ διαυγὲς ὑδάτιον διαπλεκομένων ἐπαφροδίτως ἀλλήλοις, ἅπαν ἡμῶν φανερῶς ἀποκαταφαίνεσθαι μέλος. Ὅμως οὖν οἶδα πολλάκις τὴν αἴσθησιν πλανηθεὶς, πρὸς ὁμοιότητα μήλων τε καὶ τῶν ἐκείνης μασθῶν· μήλου γὰρ ἀμφοῖν μεταξὺ τοῖς ὕδασι διανηχομένου, τῇ χειρὶ κατεδεξάμην, τοῦτο εἶναι νομίσας τὸν κυδωνιῶντα τῆς ποθουμένης μασθόν. Καλὴ μὲν οὖν, νὴ τὰς κηπίδας Νύμφας, καὶ καθ' ἑαυτὴν, ἡ πηγή, φαιδροτέρα δὲ μᾶλλον ἐδόκει τοῖς εὐωδεστέροις ἐπικοσμηθεῖσα τῶν φύλλων, καὶ τοῖς μέλεσι τῆς Λειμώνης, ἥτις, καὶ ὑπερφυῶς εὐπρόσωπος οὖσα, ὅμως, ὅταν ἀπεκδύηται, δι' ὑπερβολὴν τῶν ἔνδον ἀπρόσωπος εἶναι δοκεῖ. Καλὴ μὲν οὖν ἡ πηγή· εὐκραὴς δὲ καὶ ἡ τοῦ ζεφύρου πνοὴ, τὸ χαλεπὸν ἅμα παραμυθουμένη τῆς ὥρας, λεπτὸν ἅμα καὶ ὑπνηλὸν ἐνηχοῦσα, καὶ τῆς εὐωδίας πολὺ

flexa colla, dum circulatim pendulas uvas attendimus, quarum turgent aliæ, aliæ primulo nigrore maturescunt, acerbæ quædam, aliæ florentes adhuc videntur. Ergo ad maturiores alius reptans ascendebat; alius, sublimis e terra, summa læva, quantum poterat, adprehensa arbore ascendebat in ramos, acinos decerpebat dextera; alius ex arbore manum tendebat cano colono. Sub platano fons amœnissimus fluit aquæ tam frigidæ, ut pede rigorem sentias; tam limpidæ, ut nantibus nobis, et per aquæ pellucidum vitrum amanter amplexis, membra clare apparerent omnia. Sensi tamen sæpius deceptos sensus similitudine malorum cum ejus uberibus: supernatans enim aquis inter nos malum adprehendi manu, sororiantem amatæ papillam tenere me ratus. Et lepidus quidem per se fons; testor hortulanas Nymphas; lepidior tamen visus, suavissimis foliorum ornatus, et membris Limonæ, quæ, formosa licet supra naturam, tamen exuta comparatione internorum bonorum deformis paret. Lepidus fons, inquam; sed et jucunde temperatus Favoni spiritus, tempestatis æstum demulcens, dum dulcem et canorum sonum inspirat; et multam ex arboribus suavitatem odorum

secum trahens, respondebat suavissimis bellæ meæ unguinibus; miscebanturque odores simul, et fere æquabili suavitate mulcebant sensus; nisi quod paulum superabat unguentum, mea sententia, hoc solo, quod Limonæ unguentum erat. Sed et auræ vocalis sonus argutum resonabat sonoro cicadarum sono; quæ et meridiei æstum leniebat. Dulce et lusciniæ fluenta circumvolitantes cantillabant. Sed et alias suavisonas aviculas usurpavimus auribus; veluti modulatis canticis colloquentes hominibus. Adhuc mihi ante oculos habere eas videor; illa pedes alternis in silice requiescit; illa alam refrigerat, siccat alia; est quæ ex aqua quid trahat; est quæ cernua terram despectet victum inde quæsitura: nos de his summissa voce mussare interea, ne avolent, turbemusque avium spectaculum. Fuit et hoc, per Gratias, jucundissimum. Aquilex festinus areis atque arboribus ligone inducebat aquam e longinquo rivulo: immisit in eum canalem famulus potionis eximiæ fialas, quæ secundo fluctu non passim, sed singulæ ferrentur brevi inter se intervallo distinctæ: ita singula pocula, navicularum ad modum eleganter natantia, rectum medicæ arboris gerebant folium; erantque hæc vela rectum

συμπεπλεγμένη τῶν δένδρων, τοῖς μύροις ἀντέπνει τῆς γλυκύτητος· καὶ συμμιγὴς ἦν εὐοσμία καὶ μικροῦ γε ὁμότιμος τὴν αἴσθησιν εὐφραινόντων. Βραχὺ γὰρ, ἡγοῦμαι, τὸ μύρον ἐνίκα, ὅτι γε τῆς Λειμώνης ὑπῆρχε τὸ μύρον. Ἔτι δὲ τὸ ἔμπνιουν τῆς αὔρας λιγυρὸν ὑπήχει τῷ μουσικῷ τῶν τεττίγων χορῷ· δι' ἣν καὶ τὸ πνῖγος τῆς μεσημβρίας ἠπιώτερον ἐγεγόνει. Ἡδὺ καὶ ἀηδόνες, περιπετόμεναι τὰ νάματα, μελῳδοῦσιν· ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἡδυφώνων κατηκούομεν ὀρνίθων, ὥσπερ ἐμμελῶς ὁμιλούντων ἀνθρώποις. Ἔτι κἀκείνους πρὸ τῶν ὀμμάτων ἔχειν δοκῶ· ὁ μὲν ἐπὶ πέτρας ἀναπαύει τὼ πόδε καθ' ἕνα, ὁ δὲ ψύχει τὸ πτερὸν, ὁ δὲ ἐκκαθαίρει, ὁ δὲ ἦρέ τι ἐκ τοῦ ὕδατος, ὁ δὲ εἰς τὴν γῆν κατανένευκεν ἀποσιτίσασθαί τι ἐκεῖθεν· ἡμεῖς δὲ ὑφειμένῃ τῇ φωνῇ διελεγόμεθα περὶ τούτων, ὅπως μὴ ἀποπτήσωνται, καὶ διασκεδάσωμεν τῶν ὀρνίθων τὴν θέαν. Κἀκεῖνό τε, νὴ τὰς Χάριτας, ἐπιτερπέστατον ἦν· τοῦ γὰρ ὀχετηγοῦ κατὰ τάχος ἐπὶ πρασιὰς τὰ καὶ δένδρα τῇ σμινύῃ καθηγουμένου τῷ ῥεύματι, πόρρωθεν ὁ θεράπων φιάλας καλλίστου πόματος πλήρεις ἐπὶ τὸν ὁλκὸν ἠφίει, θᾶττον φέρεσθαι κατὰ ῥοῦν, οὐ χύδην, ἀλλὰ, κατὰ μίαν, ἐκ διαστήματος βραχέος διακεκριμένας ἀλλήλων· ἕκαστον δὲ τῶν ἐκπωμάτων, δίκην ὁλκάδων, ἐπιχαρίτως διεκπλεόντων ὀρθὸν τοῦ μηδικοῦ φυτοῦ ἐπεφέρετο φύλλον·

καὶ ἢ ταῦτα ταῖς εὐπλοούσαις ἡμῶν φιάλαις ἱστία. Τοιγαροῦν αὐτοφυῶς ἠρεμαίᾳ καὶ ἀταράχῳ πνοῇ κυβερνώμεναι, καθάπερ νῆες ταχυναυτήσασαι κατὰ πρύμναν ἱσταμένου τοῦ πνεύματος, σὺν τοῖς ἡδίστοις φόρτοις εἰς τοὺς συμπότας εὔδιον προσωρμίζοντο· ἡμεῖς δὲ ὑπουργοὺς ἀνασπῶντες ἑκάστην παραθέουσαν κύλικα, συνεπίνομεν, ἴσον ἴσῳ κεκραμένην μετρίως. Ὁ γὰρ ἔμμετρος οἰνοχόος ἐξεπίτηδες τοσούτῳ θερμότερον τοῦ δέοντος τὸν οἶνον συνέμισγεν ὕδατι διαπύρῳ, ὅσον ἔμελλεν ὁ ψυχρότατος ὁλκὸς ἐπιπελάζων αὐτὸ τὸ κραθὲν ἐπιψύχειν, ὅπως ἄν, μόνης γε τῆς ἀμέτρου θέρμης τῷ ψυχρῷ μειουμένης, τὸ σύμμετρον καταλήψοιτο. Καὶ οὕτω δὴ γέγονεν ἡμῖν ἀμφὶ Διόνυσόν τε καὶ Ἀφροδίτην ἡ πᾶσα διατριβή, οὓς ἐπὶ τῇ κύλικι συνάγοντες ἐθελγόμεθα. Ἡ δὲ Λειμώνη τοῖς ἄνθεσιν οἷον λειμῶνα τὴν κεφαλὴν ἐποιεῖτο· καλὸς δὲ ὁ στέφανος, καὶ δεινὸς ἐπιτρέψαι ταῖς Ὥραις ῥᾷστα, καὶ φαιδρότερον τοῖς ῥόδοις ἀποτελέσαι τὸ ἔρευθος, ὅτ' ἂν εἴη τούτων καιρός. Ἄπιθι τοίνυν, ὦ φιλότης, ἐκεῖσε· ἔστι δὲ τοῦ καλοῦ Φυλλιῶνος τὸ χωρίον, καὶ τοιοῦτον, εὔχαρι Ἀνθοκόμη, συναπόλαυε τῇ ποθουμένῃ Μυρτάλῃ.

cursum tenentibus fialis; quæ suopte ingenio lenta ac tranquilla aura gubernatæ, tanquam naves cito puppim inflante vento, cum dulcissimis oneribus ad convivas appellebant recta; transeuntes enim calices quisque apprehendens manu ebibebamus, æqualiter omnes ac modice mixtos. Nam de industria prudens pincerna tanto calidius justo vinum ferventi lympha temperaverat, quantum frigidissimi tubuli rigor totum refrigerare posset poculum, ut, nimio solum calore per aquæ frigus imminuto, maneret mixtum justo temperamine. Ad hunc nos modum circa Bacchum et Venerem exercuimus, quos juvabat ad calycem simul occinere. Limona interea caput floribus redimitum in prati speciem reddidit: coronaque ea pulchra sane, potensque facillime decus addere floribus, et ipsis rosis, quum erunt tempestivæ, splendidiorem ruborem conciliare. Accede, ergo et tu mi anime, ad istum locum: Phyllionis boni prædium est; et tantum bonum fruere, et tu, Anthocome, una cum amica Myrtala.

IV

(Juvenis mulierum ingenium dignoscens optime.)

PHILOCHORUS POLYÆNO.

Nuper elegans ille Hippias Alopecensis torvum me respiciens: « Viden' tu « inquit «illam, amice, quæ » famulæ manum innititur? Quam procera, quam » elegans, quam decens admodum! Festiva per deos » mulier, quantum ex primo adspectu statim conji- » cere est. Accedamus huc propius et formosam ad- » tentemus. » » At mihi» inquam ego » probæ habitus » videtur purpureum hoc amiculum; vereorque ne » quid adgrediamur temere. Videamus ergo exactius; » ego enim amo caute descendere in pericula. » Risit increpandum Hippias, extensaque dextera, quasi alapam mihi impacturus, simul jurgabundus, » Tu » vero, » inquit » per Apollinem, indoctus prorsus at- » que imperitus es Veneris. Proba quippe hac hora » per mediam urbem istoc ornatu incederet, obviis- » que hilaris! Num neque unguenta longe sensisti,

Δ'.

(Νέος στοχαστικὸς τοῦ τρόπου τῶν γυναικῶν.)

ΦΙΛΟΧΟΡΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΩι.

ΙΠΠΙΑΣ ὁ καλὸς, ὁ Ἀλωπεκῆθεν, ἀρτίως ἔφη πρὸς ἐμὲ, γοργῶς ἀποβλέψας· « Ὁρᾷς ἐκείνην, ὦ φίλε, τὴν » ἐπιβάλλουσαν τὴν χεῖρα παιδίσκῃ; Ὡς εὐμήκης! » ὡς καλὴ ϗ λίαν εὐσχήμων! Νὴ θεοὺς, ἀστεῖον τὸ » γύναιον, οἷον γοῦν ἅπαξ ἰδόντι κατὰ τάχος εἰκάσαι. » Δεῦρο πλησίον προσμίξωμεν καὶ πειρασώμεθα τῆς » καλῆς. » « Σώφρονος » εἶπον « δοκεῖ μοι τὸ πρό- » σχημα τὸ ἀλουργὲς ἡμιφάριον· ϗ δέδοικα μὴ προ- » πετῶς ἐγχειρῶμεν. Σκοπῶμεν οὖν ἀκριβέστερον· οἶδα » γὰρ οὐχ ἥκιστα εἰς τὸ κινδυνεύειν ἀφικνουμένους. » Ἐμειδίασεν ἐπιτιμητικὸν ὁ Ἱππίας, καὶ τὴν δεξιὰν ἐπιτείνας, οἷος ἦν ἐπιῤῥαπίζειν με κατὰ κόῤῥης, ϗ διεμέμφετο λέγων· « Ἀφυὴς εἶ, ὦ! νὴ τὸν Ἀπόλλωνα, » ϗ ὅλως ἀπαίδευτος Ἀφροδίτης. Σώφρων γὰρ, τήνδε » τὴν ὥραν καὶ διὰ μέσου τοῦ ἄστεος, οὐκ ἂν οὕτω » προῄει κεκαλλωπισμένη τε καὶ ἱλαρὰ πρὸς τοὺς » ἀπαντῶντας. Οὐδὲ τῶν μύρων ὅσον ὄζει ϗ πόῤῥωθεν » ὑπαισθάνῃ; οὐδὲ τοῦ κτύπου τῶν εὐήχων ψελλίων

» ἀκήκοας ἥδιστον ὑποσειομένων, ὅσον ἀποτελεῖν
» εἰώθασιν αἱ γυναῖκες ἐξεπίτηδες ἀνακομιζόμεναι
» τὴν δεξιὰν, καὶ ἀκροχειρίζουσαι τὸν κόλπον, ἐρω-
» τικοῖς τε συμβόλοις διὰ τούτων τοὺς νέους εἰς ἑαυ-
» τὰς προσκαλοῦσαι; Ἀλλὰ καὶ ἐστράφην (ἔφη),
» ἡ δὲ καὶ αὐτὴ ἀντεστράφη. Ἐκ τῶν ὀνύχων τεκ-
» μαίρομαι τὸν λέοντα. Ἰτέον οὖν ἐστὶν, ὦ Φιλόχορε,
» ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς βλάψει· ἀλλ᾽ ἐλπίδες καλαί· πλὴν
» αὐτὸ δείξει, ὁ τῶν ποταμῶν καθηγούμενος ἔφη.
» Τὸ δὲ προσδοκώμενον φανερῶς, εἰ θέλοι, ῥᾷστα
» γένοιτ᾽ ἄν. » Προσπελάσας οὖν καὶ προσειπὼν
αὐτὴν, καὶ ἀντιπροσρηθεὶς, ἤρετο φάσκων· » Πρὸς
» τοῦ σοῦ κάλλους, ὦ γύναι, ἐπιτρέπεις ἡμῖν ὁμι-
» λῆσαι περὶ σοῦ βραχέα τῇ θεραπαίνῃ; Οὐδὲν δὲ ὧν
» ἀγνοεῖς διαλεξόμεθα τῇ παιδίσκῃ· οὐδὲν ἀνάργυροι
» αἰτήσομεν ἀφροδίτην. Χαριούμεθα δὲ ὅσον αὐτὴ ἂν
» ἐθέλῃς; ἐθελήσεις δὲ, οἶδ᾽ ὅτι, τὰ μέτρια. Ἐπίνευσον,
» ὦ καλή· οὐ τοσοῦτον ἐλεῶ τὸ τιτθίον. » Ἡ δὲ τὴν
σύννευσιν ἐνδοτικοῖς καὶ θέλουσιν ὀφθαλμοῖς ἐπιχα-
ρίτως ἐδήλου. Καὶ οὐ κατειρωνεύσατο τὴν ὑπόσχεσιν·
ἔστη τε καὶ ἠρυθρίασε, καὶ ἀπέστειλεν ἐπαγωγόν
τινα καὶ γλυκεῖαν αὐγὴν, οἵα πέφυκεν ἀπαστράπτειν
ἐξ ἀπέφθου χρυσίου. Τότε δὴ φησὶν Ἱππίας ἐπι-
στραφεὶς πρός με· » Οὐκ ἀφυῶς ἐστοχασάμην, οἶμαι,
» τοῦ τρόπου τῆς γυναικός· ἀλλὰ καὶ πέπεικα ταχύ,

» quæ redolet? nec sonum armillarum bene sonan-
» tium audisti dulce motarum? qualia solent mu-
» lieres de industria protendentes manum et sum-
» mis digitis prendentes sinum, atque his amatoriis
» indiciis allectantes juventutem. Sed et respexi, (in-
» quit); respexit et illa: leonem ex unguibus agnosco.
» Eundum ergo, Philochore; nihil nobis noxæ da-
» bit: quin spes omnes bonæ. Ceterum res ipsa id
» docebit, sicut aiebat qui in flumine tentabat
» vadum. Sed quod quærimus, si vis, manifestum
» fiet cito. » Itaque ille accedens, et eam adlocutus,
mutuoque adloquio dignatus, rogare cœpit: » Testor
» formam tuam, mulier: licetne paucis appellare
» super te famulam tuam. Nos illi nihil eorum quæ
» nescis, dicemus, neque ullam gratis petemus gra-
» tiam. Quin dabimus quantum voles ipsa; voles au-
» tem, novi, modica. Annue, formosa. » Illa, assen-
sionem interius oculis volentibus gratiose testata,
non dissimulavit quin promitteret; stetitque et
erubuit, pellacemque et suavem quemdam fulgo-
rem emisit, qualis ex obryso auro coruscare amat.
Tum versus ad me Hippias, » Non male, opinor »
inquit » conjeci ingenium mulieris » quin et per-
» suasi cito, non magna temporis nec sermonis

» impensa. At tu adhuc horum imperitus ; sed se» quere, ac disce, et cum amorum magistro fruere » una : nam in hac amandi arte confido me quemvis » superare posse. »

V.

(Mulieris dolus nova arte maritum frustratæ.)

ALCIPHRON LUCIANO.

Festum publicum agebatur in suburbio, passimque epulæ, et vocarat Charidemus amicos ad convivium : aderat et mulier quædam (nomen nihil attinet dicere), quam Charidemus ipse (nosti amatorios juvenis mores), obviam in foro factam pervenatus, fecerat ut ad cœnam constitueret sibi. Postquam convivæ omnes convenere, venit et aureus exhibitor, vetulum quemdam ducens secum, vocatum et ipsum ut nobiscum esset. Eum ubi accedentem eminus advertit mulier, confestim elabsa, citius cogitato insinuavit se in proximum

» οὐ χρόνον μακρὸν, οὐ λόγον πολὺν ἀναλώσας. Σὺ δὲ » τούτων ἄπειρος ἔτι. Ἀλλ' ἕπου καὶ μάνθανε, καὶ » συναπόλαυσον ἐρωτικῷ διδασκάλῳ· τοῦτο γὰρ τὸ » μάθημα τῶν ἐρωτικῶν, παρ' ὁντιναοῦν ποιοῦμαι δει- » νότατος εἶναι. »

Ε'.

(Δόλος γυναικὸς καινοπρεπῶς τὸν σύνοικον ἀπατώσης.)

ΑΛΚΙΦΡΩΝ ΛΟΥΚΙΑΝΩι.

ΠΑΝΗΓΥΡΕΩΣ ἐν προαστείῳ πανδημεὶ τελουμένης καὶ δημοθοινίας ἀφθόνου, Χαρίδημος ἐπ' εὐωχίαν συνεκαλεῖτο τοὺς φίλους· ἔνθα καὶ γυνή τις παρῆν (ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν), ἣν αὐτὸς ὁ Χαρίδημος (οἶσθα δὲ τὸν νέον, ὡς ἐρωτικός), ἐν ἀγορᾷ προϊοῦσαν ἰδὼν, ἀγκιστρεύει, καὶ πέπεικε παραγενέσθαι τῷ δείπνῳ. Πάντων οὖν εἰς ταυτὸν ἀθροιζομένων τῶν δαιτυμόνων, ὁ χρυσοῦς ἑστιάτωρ εἰσῄει πρεσβύτην τινὰ συνεπαγόμενος, καὶ αὐτὸν δὴ συγκεκλημένον ἡμῖν· ὃν ἐκείνη προσιόντα πόῤῥωθεν κατιδοῦσα, ὀξέως ὑπέδυ, καὶ, θᾶττον νοήματος, εἰς τὸν πλησίον οἶκον ἀπέδρα· κἀκεῖσε μεταπεμψαμένη Χαρίδημον,

» Ἀγνοίᾳ » ἔφη » μέγιστον κακὸν κατειργάσω. Οὗτος
» ὁ πρεσβύτης ἀνήρ ἐστιν ἐμὸς, καὶ τὴν ἐσθῆτα, ἣν
» ἐκδυσαμένη κατέλιπον ἔξω, ῥᾳδίως ἐπέγνω, καὶ
» ὑποψίας, ὡς εἰκὸς, γέγονε πλήρης. Ὅμως ἂν ταύτη
» λάθρα καὶ βραχέα τῶν ὄψων ἐπιδῶσης, αὐτὸν
» ἐξαπατήσω· καὶ τὸν νῦν αὐτῷ κατ' ἐμοῦ διενοχλοῦντα
» λογισμὸν ἑτέρωσε παρατρέψω. » Τούτων οὖν ἐπιδοθέντων, ἀνέζευξεν οἴκαδε· καὶ τὸν σύνοικον ἔφθη, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἐκφυγοῦσα. Καὶ προσλαβομένη φίλην αὐτῆς ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν, προδιέθηκεν ὅπως ἀμφότεραι βουκολήσωσι τὸν πρεσβύτην. Εἶτα ἧκεν εὐθὺς οὗτος καὶ εἰσπεπήδηκεν ἔνδον, κεκραγὼς ἅμα καὶ πνέων θυμοῦ· τῆς τεγαμετῆς ὧδε τὴν ἀκολασίαν ἐβόα· » Τὴν
» ἐμὴν εὐνὴν οὔποτε χαίρουσα καθυβρίσεις· » καὶ ἣν
ἂν ἑωράκει ἱματίων ἀπήλεγχε τὴν μοιχείαν, καὶ ξίφος ἤδη μεμηνὼς ἐπεζήτει. Τότε δὴ λοιπὸν ἡ γείτων εἰς καιρὸν ἀνεφάνη· καὶ » Δέχου τὴν ἐσθῆτα » φησὶν
» ὦ φιλτάτη· μεγίστην οἶδα σοι χάριν· πεπλήρωκα
» τὴν εὐχήν· ἀλλὰ, πρὸς θεῶν, μηδὲν ἀλαζονικόν·
» μετάλαβε δὲ καὶ σὺ τῶν προτεθέντων ἡμῖν. » Τούτων οὕτω λεγομένων, ὁ τραχὺς ἐκεῖνος ἀνένηφε γέρων, τόν τε θυμὸν ἀνεκρούετο. Καὶ, μετὰ τῆς ὑπονοίας, εἰς τοσαύτην πρᾳότητα συνδιέλυσε τὴν ὀργὴν, ὡς τοὐναντίον ἀπολογεῖσθαι τῇ γαμετῇ· » Ὦ γύναι, συγ-
» γίνωσκέ μοι » φησίν· » ἐξέστην, ὁμολογῶ· ἀλλὰ

cœnaculum, eoque vocato Charidemo, »Nescis» inquit» quantum mali feceris : vetulus iste vir meus »est, vestemque, quam ex humeris depositam reliqui »foris, agnovit facile; quodque simile vero, suspi»cione mentem percussus est. Si tamen vestem »illam et pauculas e convivio partes clanculum ad »me miseris, ludos faciam hominem, animumque »ejus sequiora de me agitantem alio avertam.» His igitur acceptis, domum suam regressa nescio qua via prævertit virum; adsumtaque amica e vicinia, constituerunt simul qui senem ambæ ductarent dolis. Ille statim venit domum, irruitque clamans simul et furorem spirans, uxorisque incusans probrum. » At meum, » inquit, cubile non amplius secura polluues, » Simul ex vestibus, quas viderat, arguebat stupri conjugem; jamque furens quærebat gladium; quum ecce in tempore apparens vicina, »Tene tibi», inquit» amica, vestem tuam; gratiam »tibi habeo maximam. Exsolvi preces; sed eas, per »deos, non arrogantes. Verum sume et tu de his »quæ adposita nobis.» Hæc ubi dixit, placati animi tetrici senis, detumuitque ira, et suspicium simul cum furore mutavit tanta mansuetudine, ut purgaret se ultro conjugi : » Parce » inquit » mulier ;

» extra me fui, fateor : sed aliquod numen, pudi-
» citiæ tuæ propitium, commodum hanc benignis-
» sime summisit communi bono, quæ nos ambo
» servavit interventu suo. »

VI.

(Puella ante nubtias vitiata.)

HERMOCRATES EUPHORIONI.

Puella quædam ad nutricem » Si das fidem » inquit » tacituram quod dixero, jam ego id aperiam » tibi. » Juravit nutrix. Tum puella statim, » Verum » ut fatear, » inquit » non ego tibi virgo amplius. » Clamare ocyus vetula, simul laniare genas, et male factum queri. Sed puella, » Tace, per deos » inquit » Sophrona mater, ac quiesce, ne quis intus dicta » nostra aucupetur arbiter. Hei mihi ! non modo » jurasti nulli te omnimodis edicturam ? Quid tu » ergo, amica, clamorem concitatum tollis ? Dia- » nam testor, mater : quamvis amore ardens efflic- » tim, volui continere, quantum in me fuit. Sed

» τῆς σῆς ἕνεκα σωφροσύνης, θεός τις εὐμενὴς εἰς κοινὴν » σωτηρίαν φιλανθρώπως ἀπέσταλκε ταύτην, καὶ » ἀμφοτέρους ἀπέσωσεν εἰσδραμοῦσα. »

Στ΄.

(Περὶ τῆς πρὸ γάμου φθαρείσης.)

ΕΡΜΟΚΡΑΤΗΣ ΕΥΦΟΡΙΩΝΙ.

ΚΟΡΗ τις πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἔφη τροφόν· « Εἴ μοι » πρότερον ἐπομόσειας ὃ δ' ἂν εἴποιμι φυλάξειν ἀπόῤ-» ῥητον, αὐτίκα τοῦτό σοι λέξω. » Ὀμώμοκεν ἡ τιτθή. Ἡ δὲ παῖς εὐθὺς εἴρηκεν· « Οὐκ ἔτι σοι παρθένος » ἐγὼ, ὥς γε πρὸς σὲ τἀληθὲς εἰρῆσθαι. » Εὐθὺς ἀνακέκραγεν ἡ γραῦς, ἅμα τὴν παρειὰν αἰκιζομένη, καὶ σχετλιάζουσα τὸ συμβάν. Ἡ δὲ κόρη φησί· « Σίγα, » πρὸς θεῶν, ὦ Σωφρόνη· ἔχε ἡσυχῆ, μή τις τῶν ἔνδον » ὠτακουστῶν ὑποκλέψῃ τὸν λόγον. Οἴ μοι! οὐκ » ἀρτίως ὀμώμοκας μηδενὶ παντάπασιν ἐξειπεῖν; » Τί οὖν, ὦ φίλη, σφόδρα καὶ μεγάλως βοᾷς; Νὴ τὴν » Ἄρτεμιν, ὦ μῆτερ, καί τοι πρὸς τοῦ ἔρωτος φλε-» γομένη δεινῶς, ἐσπούδακα σωφρονεῖν, καθ' ὅσον

» ἠδυνάμην· σμικρὰ δὲ οἷα ἦν. Καὶ δίχα μοι γέγονε
» τὰ νοήματα. Διελογιζόμην δὲ πρὸς ἐμαυτήν· πει-
» θαρχήσω τῷ ἔρωτι; ἀμελήσω τοῦ πόθου; ἀμφότερα
» με κρατεῖ· εἶτα πολὺ μᾶλλον ἐπὶ θάτερα, πρὸς
» τὸν ἔρωτα, κλίνω· ηὐξάνετο γὰρ τῇ μελλήσει· καὶ
» ὡς φυτὸν ἐν τῇ γῇ, οὕτως ἔνδον τῆς ἐμῆς ὑπερεφύετο
» ψυχῆς. Οὕτως οὖν ἡττήθην, ὁμολογῶ, τῆς ἀνικήτου
» λαμπάδος. » Ἔφη τοίνυν ἡ πρεσβῦτις· « Χαλεπώ-
» τατον μέντοι δυστύχημα, τέκνον, καὶ τὴν ἐμὴν
» ᾔσχυνας πολιάν. Πλὴν ἐπεὶ τὸ πραχθὲν οὐκ ἂν
» ἄλλως ἔχοι, τὰ δεύτερα παραιτῶ· πέπαυσο τούτων,
» καὶ μηδὲ περαιτέρω ἐξαμάρτανε, μή ποτε, σοῦ τῆς
» γαστρὸς ὀγκουμένης ἐπὶ προήκοντι τῷ πράγματι
» καὶ τῷ χρόνῳ, ἐναργῶς κατανοήσωσι τὸ τολμηθὲν
» οἱ τεκόντες. Ἀλλ' εἴθε σοὶ γάμον ταχύ, πρὶν καὶ
» τάφωρος γένῃ, συνεπινεύσουσιν οἱ θεοί! Ἤδη δὲ τη-
» λικαύτη γεγένησαι, καὶ αὐτίκα χρημάτων εἰς
» προῖκα τῷ σῷ δεηθῇ τι πατρί. » — « Τί φῄς, ὦ
» μῆτερ; τοῦτο δέδοικα μάλιστα πάντων. » —
» Μηδὲν δείσῃς, ὦ παῖ· ἐγώ σε τηνικαῦτα διδάξω,
» πῶς ἂν ἡ πρὸ γάμου γεγονυῖα γυνὴ παρθένος
» ἔτι δόξῃ τῷ νυμφίῳ. »

»parum potui, diversæque in animo mihi erant »sententiæ. Dicebam quippe mecum; parebo amo»ri, an spernam cupidinem? utrumque plus po»terat: sed tandem inclinavi ad amorem magis. »Augebat enim mora, ac velut hærens terræ plan»ta, succrescebat intus in anima mea. Ita victa »sum, fateor, ab invicta lampada.» Ad hæc vetula »Grave malum narras,» inquit »filia; dehonestasti »canos meos. Verum, quoniam factum fieri infec»tum non potest, quod superest, abstine ab his, »moneo, nec pecca denuo; ne forte, processu rei »simul ac temporis tumescente utero, gnarum id »totum fiat parentibus. Sed utinam tibi, prius»quam prehendare, dii celeres annuant nubtias! »Et tu jam matura viro, brevique paratis num»mis in dotem tuam opus erit patri.» — »Quid ais, »mater? Nihil est quod metuam magis.» — »Noli »vereri, filia; tum ego te docebo, qui, mulier ante »nubtias, adhuc sponso te probes virginem.»

VII.

(Piscator rogatus a virgine suam vestem ut servet dum abluitur mari, nudamque eam penitus videns.)

CYRTION DICTYI.

Dum ad litus in scopulo molior, haerentemque hamo pulcherrimum piscem traho, curvato pondere calamo, ecce accedit decora virgo, natiua forma, similique arbori suo ingenio natae. Tum ego mecum, Alia incidit, inquam, captura longe priori potior. Illa, » Per tuum » inquit » Neptunum, » serva mihi vestem meam, dum me abluo fluctibus. » Ego serio lætus hilarisque annui roganti, visurus quippe nudatam virginem. Ergo, ubi interiorem tunicam exuit, obstupui mirabundus membrorum elegantiam. Elucebat enim ex densa nigraque coma collum album, ac rubicunda gena; pulchri uterque per se colores, sed splendidiores nigri vicinia. Inde saltu se in undas dedit, et innatavit mari;

Ζ΄.

(Ἁλιεὺς αἰτηθεὶς ὑπὸ κόρης τὴν αὐτῆς ἐσθῆτα φυλάξαι μέχρις ἂν ἀπολούσηται τῇ θαλάσσῃ, καὶ ταύτην ὁρῶν μάλιστα γυμνωθεῖσαν.)

—

ΚΥΡΤΙΩΝ ΔΙΚΤΥΙ.

ΠΑΡΑ τὴν ἀκτὴν ἑστηκότι μοι κατὰ πέτρας, καὶ τῷ ἀγκίστρῳ προσπεπηγότα κάλλιστον ἰχθὺν ἀνασπῶντι, τοῦ καλάμου κυρτουμένου τῷ βάρει, προσῆλθέ τις εὐπρόσωπος κόρη, κάλλος αὐτοφυὲς καὶ ὅμοιον αὐτομάτῳ φυτῷ φέρουσα· καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἔφην· » Ἑτέρα » πολλῷ βελτίω τῆς προτέρας ἐμπέπτωκεν ἄγρα. » Αὕτη » Τὴν ἐσθῆτα, » φησὶ » πρὸς τοῦ σοῦ Ποσει» δῶνος, φύλαττε τὴν ἐμὴν, ἄχρις ἂν τοῖς κύμασιν » ἐμαυτὴν ἀπολούσω. » Ἥσθην ἀληθῶς, καὶ σφόδρα χαίρων τὴν αἴτησιν προσηκάμην, οἷα δὴ μέλλων αὐτὴν καταγυμνωθεῖσαν ὁρᾶν. Ὡς οὖν ἐξεδύσατο καὶ τὸν ἔσχατον χιτωνίσκον, ὅλως ἐξέστην ἐκπλαγεὶς πρὸς τὴν λαμπρότητα τῶν μελῶν. Ἐξέλαμπε γὰρ ἐκ πολλῆς τε καὶ μελαίνης κόμης λευκὸς μὲν τράχηλος, ξανθὴ δὲ παρειά· χρώματα λαμπρὰ μὲν τῇ φύσει, ἀθρότερα τῇ πρὸς τὸ μέλαν φιλονεικίᾳ. Ἐντεῦθεν εἰσπεπήδηκεν ἔνδον, καὶ παρενήχετο τῇ θαλάττῃ·

ἦν γὰρ ἀτάραχοι καὶ γαληναῖον τὸ κῦμα· καὶ τῷ ἀφρῷ τοῦ περιῤῥέοντος κύματος ἡ χροιὰ τοῦ σώματος λευκανθίζουσα παρισοῦτο. Νὴ τοὺς Ἔρωτας, εἰ μὴ πρότερον ἔτυχον τεθεαμένος αὐτὴν, ᾠήθην ἄν τινα τῶν θρυλλουμένων Νηρηΐδων ὁρᾷν. Ὡς δὲ ἱκανῶς εἶχε τῶν θαλαττίων λουτρῶν, εἶπες ἂν τὴν κόρην ἀνίσχουσαν τῶν κυμάτων ἰδών· » Οὕτω τῆς θαλάττης τὴν Ἀφρο» δίτην εὐπρεπῶς προϊοῦσαν γράφουσιν οἱ ζωγρά» φοι. » Αὐτίκα γοῦν προσδραμὼν θοἰμάτιον ἐπεδίδουν τῇ ποθουμένῃ, προσπαίζων ἅμα καὶ πειρώμενος τῆς καλῆς. Ἡ δὲ (ἦν γὰρ, ὡς ἔοικε, σεμνή τε καὶ βλοσυρὰ) ἠρυθρίασε μετ' ὀργῆς, καὶ γέγονε τὸ πρόσωπον θυμουμένη καλλίων, τὸ δὲ ὄμμα, καίπερ ἀγανακτούσης, ἡδὺ, ὥσπερ καὶ τὸ τῶν ἄστρων πῦρ φῶς μᾶλλόν ἐστιν ἢ πῦρ· τόν τε θηρατικὸν κατέαξε κάλαμον, καὶ τοὺς ἰχθῦς προσέῤῥιψε τῇ θαλάττῃ. Ἐγὼ δὲ ἀμήχανος παρεστήκειν, καὶ οὓς ἐθηρασάμην θρηνῶν, καὶ ἣν οὐκ ἤγρευσα μειζόνως δακρύων.

Η'.

(Ἱπποκόμος ἱππέως ἐρωτικοῦ.)

ΕΧΕΠΩΛΟΣ ΜΕΛΗΣΙΠΠΩι.

» Εὖ γε τῆς εὐπρεπείας! βαβαὶ τῆς ἐλάσεως! Ὡς » ἀμφοτεροδέξιος οὗτος πέφυκεν ὁ ἱππότης! Καὶ κάλ-

tranquilli quippe et immoti silebant fluctus, spumamque circumfluitantis æstus albicans corporis æquabat color. Cupidines testor, ni prius eam vidissem, credidissem videre me unam e famosis Nereisin. Sed ubi satias eam cepit marinæ lotionis, dixisses, visa exeunte e fluctibus virgine: » Ad hunc » modum decore pingunt Venerem emergentem se » e mari. » Ego tum accurrens ocyus vestem amatæ reddidi; simul accessi, formosamque adtrectare ausus sum. Illa (gravis enim erat et verenda, sicuti videbatur) succensens erubuit; fuitque decentior iratæ vultus, oculusque quamvis excandescentis suavis, veluti siderum flamma; lumen immo, non flamma. Tum piscatorium calamum fregit, remisitque mari pisces. Adstabam ego interea incertus consilii, et quos ceperam deflens, et quam non ceperam deplorans magis.

VIII.

(Equisio equitis amantis.)

ECHEPOLUS MELESIPPO.

» O decentiam! ô equitandi peritiam! Quam dex» teritatè ancipiti felix eques iste! Et forma antistat,

» et velocitate præcellit. Nunquam hunc, opinor, » Amor domuit; sed Adonis ipse est, puellarum de» siderium.» Audiit hæc dicentem aureus eques, ac reprehendit dicens : « Nihil hoc tu ad rem, neque » convenientem mihi sermonem exorsus. Unus » Amor equitare optime novit : is me et, per me, » velocissime equum agitat, currentemque acriter » pungit urgens instantius. Perge ergo in hoc cur» riculo, equisio, canens simul et amatoriis can» ticis demulcens cupidinem. » Ego igitur natum sub manum carmen occinui, causam ab ipso sumens: » Ego te domine convenienter ministerio meo » credebam liberum a vulnere : sed, si cum hac forma » amas, Venerem testor, injurii sunt Cupidines. Nec » tu ideo tamen gravius succenseas; et illi sauciave» runt matrem suam. «

φιλόνεικος » εἶπεν » ὑπάρχεις ἢ λίαν γυνή! Ὡς
ἀτεράμων, ὦ γῆ καὶ θεοί! Θαυμαστὸν οὖν πῶς
ἡ τοιάδε ψυχὴ οὐκ ἐτέχθη μᾶλλον θηρίον.» Ἡ δὲ,
ῇ λαιᾷ χειρὶ βραχὺ τὴν παρειὰν ὑποκλίνασα, τῇ
ὶ λαγόνι τὴν δεξιὰν ἐμβαλοῦσα, ἠθικῶς ἅμα » Τὸν
λόγον ἀμυνοῦμαι, » φησίν. « Κλᾶταί σου μᾶλλον ἡ
» γλῶττα, καὶ φληναφᾷν μόνον ἐθέλεις· πλὴν ὁποῖον
» εἴρηκας ἄκουε· ἐν ταῖς ἀκρωρείαις περιπλανώμενα
» τὰ θηρία σπανίως ἐπιτίθεται τοῖς ἀνθρώποις· ἐξ
» ὑμῶν δὲ ζωγρηθέντα, ἢ παραθηγόμενα τοῖς κυ-
» νηγεσίοις, μανθάνει καὶ θυμὸν ἀγριαίνειν· ὡσαύτως
» δὲ καὶ ἡμᾶς ἐκδιδάσκετε, οἷον θηροτροφοῦντες,
» μηδαμῶς ἐλεεῖν, ἀλλὰ σκληρῶς ἀπαυθαδιάζεσθαι
» τοὺς νέους. Ὅτε μὲν γὰρ αὐτοὶ ποθεῖτε, ἀστρώτους
» καὶ χαμαιπετεῖς κοιμήσεις ἐπὶ θύραις ποιεῖσθε,
» καὶ λιπαρῶς ἱκετεύετε μόνου ῥήματος τυχεῖν
» ἀξιοῦντες, καὶ δακρύοντες κατόμνυσθε τοὺς θεοὺς,
» ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους ἔχοντες τὸν ὅρκον· ὡς γὰρ
» λύκοι τοὺς ἄρνας ἀγαπῶσιν, οὕτω τὰ γύναια πο-
» θοῦσιν οἱ νέοι· ἢ λυκοφιλία τούτων ὁ πόθος. Ἡνίκα
» δὲ μέχρι κόρου τὸν ἑαυτῶν ἀποπληρώσετε κόρον,

» καὶ τὰς πρότερον ὑμῶν ἐρωμένας ἐκ μεταβολῆς
» ἐραστρίας ποιήσετε, μεγαλαυχεῖτε λοιπὸν, καὶ
» καταγελᾶτε τῆς ὥρας, μυσαττόμενοι τὰς ἀθλίας,
» καὶ βδελύττεσθε, ταῖς ἀρτίως περιποθήτοις προ-
» πτύοντες ἡδοναῖς· ἐφήμερα γὰρ ὑμῖν τὰ δάκρυα,
» καὶ ὥσπερ ἱδρὼς ἀπομάττεται. Τοὺς δὲ ὅρκους
» αὐτοί φατε μὴ προσπελάζειν τοῖς ὠσὶ τῶν θεῶν.
» Λύκος οὖν χανὼν, ὦ Λύκων, ἄπιθι διακενῆς, καὶ
» μηκέτι κάλει θηρία, τὰς φυλαττομένας αὐτοῖς πε-
» ριπεσεῖν τοῖς θηρίοις. »

ΚΑ'.

(Ὁ συμβαλὼν τὴν ἑαυτοῦ φίλην πρὸς τὰς ἄλλας γυναῖκας.)

ΑΒΡΟΚΟΜΗΣ ΔΕΛΦΙΔΙ ΕΡΩΜΕΝΗι.

ΠΕΡΙΕΡΓΟΣ διατελῶ πρὸς τὰ γύναια πανταχῆ, μὰ Δία, οὐχ ἵνα τούτων ἅψαίμην (μὴ οὕτω χαλεπῶς ἀκούσῃς τοῦ λόγου), ἀλλ' ὅπως παράθεσιν ἀκριβῆ σοῦ τε κἀκείνων ποιήσωμαι, τῆς ἐν πάσαις διαπρεπούσης τῷ κάλλει, καὶ παραλλήλους κατ' ἐμαυτὸν ἐννοούμενος ἀντικρίνω· καὶ, νὴ τὸν Ἔρωτα τὸν εὐτυχῶς εἰς σὲ τὴν ἐμὴν τετοξευκότα ψυχὴν, πάσας ἐν πᾶσι νενίκηκας, ὡς ἔπος, τῷ σχήματι, τῷ κάλλει, ταῖ-

cissim amare fecistis, tum vos magnifice elati florem earum ridetis, ludibrio habetis miseras, superbique, studio quæsitos nuper, consputatis cupidines. Diariæ si quidem lachrymæ vobis, et sudoris in modum tergeri promtæ. Juramenta vero dicitis non accedere aures deum. Abi ergo, Lyco, abi, lupe incassum hians, nec voca deinceps feras, quæ cavent sibi ne obnoxiæ sint feris.»

XXI.

(Comparat amicam suam cum aliis mulieribus.)

ABROCOMAS DELPHIDI AMATÆ.

Curiosis ego oculis observo omnes ubique mulieres; non, per Jovem, ut eas attentem (ne tu sermonem meum tam dure exceperis) ; sed ut te examussim ceteris conferam, quæ forma inter omnes antecellis, et cum ceteris apud animum meum collatione facta judicium feram. Et tu, per Cupidinem, qui feliciter in te sauciavit animam

meam, omnes in omnibus, ut aiunt, supergressa es, ornatu, forma, gratiis. Nam gratiæ tuæ sine fuco ac fallaciis, ut aiunt, vere nudæ; nativus rubor percurrit genas; nigrum cilium in candida fronte; nec tibi opus caput redimire; sola ei cæsaries satis: ac, quantum rosa reliquis herbis quantumvis præstantibus clarior, tantum tu mulieres illustres superemines. Enim tu solum visa cunctorum oculos rapis, ac novo quodam modo, quali nec piscem piscator illexit, neque avim auceps, nec venator hinnulum: nam illa, vel esca, vel visco, vel quovis alio decipiuntur modo; at tu oculorum aspectu ridentes nos ducis. Sed, o Delphidium, meumque præoptatum bonum, vivas longum, bene vivas: nam ego ad te unam feror; deosque omnes rogo, ne unquam abducatur mihi mens ab hoc recto judicio. Habeas ergo tu, mea vita, a natura hanc victoriam, egoque æternum aureum amoris telum feram, quod tu ne conare avellere e meo corde; neque enim tu potes, neque ego volo: non enim mihi amor contra animi mei sententiam. Si

χάρισιν· αἱ γὰρ χάριτές σου παντελῶς ἄδολοι, καὶ ἀληθῶς, κατὰ τὴν παροιμίαν, γυμναί· καὶ φύσεως αὐτόσκευον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς· ὀφρὺς μέλαινα κατὰ λευκοῦ τοῦ μετώπου· οὔτε στεφανοῦσθαί σοι τὴν κεφαλὴν ἀναγκαῖον, ἅτε τῆς κόμης ἀποχρώσης αὐτῇ· καὶ ὅσον τὸ ῥόδον φαιδρότερον τῆς ἄλλης πέφυκε πόας καὶ λίαν καθ' ἑαυτὴν εὐδοκιμούσης, τοσοῦτον καὶ τῶν ἐπισήμων γυναικῶν ὑπερφέρεις. Τοιγαροῦν, ὦ μέλισσα ἐμὴ, ἁρπάζεις τὰ πάντων ὄμματα, καὶ προσέλκεις καινότερον τρόπον· οἷον οὔτε ἰχθῦν ἁλιεὺς εἵλκυσεν, οὔτε ὄρνιν θηρευτὴς, οὔτε κυνηγέτης νεβρόν· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν, ἢ ἀπὸ δελεάτων, ἢ τῶν ἰξῶν ἄγουσιν, ἢ ὅπως ποτέ· σὺ δὲ ἀπὸ τῶν ὀμμάτων τῇ θέᾳ γαννυμένους ἄγεις ἡμᾶς. Ἀλλ', ὦ δελφίδιον, ἐμόν τε πρόκριτον ἀγαθὸν, ζώοις ἐπιμήκιστον, εὖ ζώοις! ἐπὶ σοὶ γὰρ ἐγὼ φέρομαι μόνῃ· καὶ τοῖς θεοῖς ἐπεύχομαι πᾶσι μηδαμῶς ἔχειν περὶ τὴν ὀρθῶς φανεῖσάν μοι κρίσιν ἑτεροῖον τὸν νοῦν. Εἴθε τοίνυν, ἐμὸν γάνος, σὺ μὲν ταύτην ἐκ τῆς φύσεως ἔχοις τὴν νίκην, ἐγὼ δὲ μέχρι παντὸς τὸ χρυσοῦν τῶν Ἐρώτων εὐτυχήσαιμι βέλος. Σὺ οὖν αὐτὸ μὴ πειρῶ τῆς ἐμῆς ἀφελέσθαι καρδίας· οὔτε γὰρ αὐτὴ δύνασαι, οὔτε ἐγὼ βούλομαι· οὐ γὰρ ἀποθύμιον ἔχω τὸν πόθον. Ἔστω τοίνυν ἔργον ἓν μόνον ἐπιδέξιον ἐμοὶ φιλεῖν

Δελφίδα, καὶ ὑπὸ ταύτης φιλεῖσθαι, καὶ λαλεῖν τῇ καλῇ, καὶ ἀκούειν λαλούσης.

ΚΒ'.

(Περὶ τῆς εὐμεθόδως τὸν μοιχὸν ἀπολυούσης.)

ΧΑΡΜΙΔΗΣ ΕΥΔΗΜΩι.

ΓΥΝΑΙΚΟΣ ἔτι προσεμβατεύοντα τὸν μοιχὸν ἔνδον ἐχούσης, οὕτω συμβὰν, ὁ ταύτης ἀνὴρ, ἐξ ἀλλοδαπῆς ἀφιγμένος, ἔκοπτε τὴν θύραν ἅμα βοῶν. Ἡ δὲ τοῦ κτύπου καὶ τῆς βοῆς αἰσθομένη, ἐξανέστη τῆς εὐνῆς, καὶ τὴν στρωμνὴν ἐνετάραξε, παντελῶς συγχέουσα τὸ ἔρεισμα τοῦ δευτέρου σώματος, ὅτι κατηγόρει μηνύματα συζυγίας· εἶτα φησὶν παραθαῤῥύνουσα τὸν μοιχόν· » Εἰ νῦν τῷ συνοίκῳ δεσμώτην » σε προσαγάγω, μηδὲν δείσῃς, μηδ' ὑποπτήξῃς, » ὦ φίλε. » Συνέδησε τοῦτον· ἀνέῳγε τὴν θύραν· ὡς ἐπὶ τοιχωρύχον ἐκάλει τὸν ἄνδρα, φάσκουσα· » Τοῦ» τον κατέλαβον, ἄνερ, ἐγχειροῦντα συλαγωγῆσαι » τὸν ἡμέτερον οἶκον. » Ὁ δὲ θυμωθεὶς ὥρμηκεν εὐθέως αὐτὸν ἀνελεῖν· ἀλλ' ἡ γυνὴ διεκώλυε παραινοῦσα μᾶλλον τὸν κακοῦργον ἕωθεν παραδοθῆναι τοῖς Ἕνδεκα· » Εἰ δέ γε δέδοικας, ἄνερ, ἐγὼ συναγρυπνοῦσα τοῦ» τον φυ***. »

ergo unus mihi finis, amare Delphidem, et ab ea amari, adloqui pulchram, et loquentem audire.

XXII.

(Mulier industrie liberat adulterum.)

CHARMIDES EUDEMO.

Audi quid mulieri mœchum in amplexibus tenenti acciderit. Maritus ejus peregre rediens pulsare fores et inclamare cœpit; illa, sonum ac vocem agnoscens, surrexit e cubili, stratoque turbato, confudit omnimodis alterius corporis vestigia, certa quippe coitus indicia. Dein mœchum bono animo esse jubens, » Si ego te » inquit » nunc vinctum » viro meo tradidero, ne quid metuas, neve du» bites, amice. » Vinxit hominem; aperuit januam; virum tanquam ad perfossorem vocavit, » Hunc ego » inquiens » mi vir, domum nostram expilare » aggressum cepi. » Iratus ille ad arma ocyus ut hominem tolleret. Inhibuit mulier, monens satius esse matutino tradere maleficum Triumviris. » Quod si tu » inquit » metuis, mi vir, ego una » pervigil eum custodiam. » * *

XXIII.

THEOCLES MYRONI.

Qui audaciam tuam, Myron, edictabo? Quibus autem verbis mutuam nostrum deplorabo amicitiam, cujus tam perfidus caupo exstitisti. Enim pulchram Chorinam abreptam tibi tenes, meamque et patris puellæ tam præclariter læsi iram effugisti, hariola noctu enavigans, quum hanc cupidine hamatam inuncaveris, nos fueris benevolentiæ obtentu vulpinatus. Atque ego amicum amisi meum, et cupita defrudor puella. Quæ mens autem illis fuerit piscatoribus, qui te peregrinum hominem concubio noctis cum juvencula ex urbe egressum domusculæ contubernio exceperunt? Te quippe autumaverunt esse quoque piscatorem; sed qui pro pisciculis in terra virgines caperet. Eccillum ad quem inclinant Venus et Neptunus! Sed memetipsum incuso, qui te ad patrem speciosæ puellæ, benevolentem veluti meum, conciliavi. Atque ideo hospitii et convivii, ut par fuit maxime, societate ab illo participatum te, siccine

ΚΓ'.

ΘΕΟΚΛΗΣ ΜΥΡΩΝΙ.

ΩΣ σου τὸ εὔτολμον, Μύρων, ἐξείπω; τίσι δὲ λόγοις τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν οὕτω παρὰ σοῦ καπηλευθεῖσαν θρηνήσομαι; Σὺ μὲν γὰρ καὶ τὴν καλὴν Χορίνην ἔχεις λαβὼν, καὐτόν σε τῆς ἐμῆς ὀργῆς καὶ τοῦ τῆς κόρης πατρὸς προφανῶς ὑβρισθέντος διέσωσας, ἁλιέων τινὶ σκαφιδίῳ νυκτὶ διαπλεύσας, τὴν μὲν ἔρωτι δελεάσας, τοὺς δὲ φιλίας ἐξαπατήσας προσχήματι. Ἐγὼ δὲ καὶ σὲ τὸν ἐμὸν φίλον ἀπώλεσα, καὶ τῆς ἐρωμένης παιδίσκης καθυστεροῦμαι. Τί δ' ἂν οἱ ἁλιεῖς ἐκεῖνοι μετὰ νεάνιδος κόρης, ξένον ὄντα, τῆς πόλεως διὰ νυκτὸς ἐξιόντα, παρ' αὐτοῖς σε δεξάμενοι διενοοῦντο; ἦπου καὶ σὲ ἁλιέα δοκοῦντες ἀντὶ ἰχθύων ἐκ τῆς χέρσου παρθένους ζωγροῦντα. Ὡς Ἀφροδίτη καὶ Ποσειδῶν ταλαντεύονται! Ἀλλ' ἐμαυτὸν αἰτιῶμαι τῷ πατρὶ τῆς εὐμόρφου κόρης, οἷά γε φίλον ἐμὸν, σὲ γνωρίσαντα· ἐφ' οἷς ἄρα ξενίας καὶ συμποσίου, οἷα εἰκὸς, παρ' αὐτῷ μετασχόντα, τοιαῦτα μὲ καὶ τὸν φιλό-

mihi et hospitalissimo Diocleoni maluisse vicem repensare! Nec non et intellexi probe te delenificis inter epulandum sermonibus matri usque suppalparier, ac illam ob virtutem et pulchritatem ad cœlum exquisitim tollere, quæ tamen (et tu solide noveras) quæstuaria nuper corpus alebat corpore. Ac femina, filiæ palmulam, licet præ pudore punicantis, quam amiciter cum tua copulata, bis in aurem tibi susurravit ***.

ξένον Διοκλέοντα σὲ προελόμενον ἀνταμείψασθαι! Οὐκ ἔλαθε δέ με καὶ τὰ παρὰ τὸ συμπόσιον πρὸς τὴν μητέρα ἐρωτικὰ ῥήματα, οἷς οὐ διέλειπες ἐπ' ἀρετῇ τε καὶ κάλλει ταύτην ἐπιεικῶς ἐκθειάζων, οὐ πρὸ πολλοῦ ἑταίραν οὖσαν, ὡς οἶσθα· ἤ τις τὴν χεῖρα τῆς θυγατρὸς, καίτοι ἐρυθριώσης, λίαν ἐπιτηδείως ἁρμοσαμένη τῇ σῇ, δίς σοι πρὸς τὸ οὖς ἐψιθύριζεν ***.

SYLLABUS ANNOTATORUM.

ABR.	Abreschius.
BAST.	Bastius.
BO.	Editor.
DORV.	Dorvillius.
HUET.	Huetius.
LAMB.	Lambecius.
MERC.	Mercerus.
PAUW.	Pauwius.
REISK.	Reiskius.
SCHURTZ.	Schurtzfleischius.
WYTT.	Wyttenbachius.

ANIMADVERSIONES
IN
ARISTÆNETUM.

LIBER I. EPISTOLA I.

PAG. 2. ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤΟΣ) Duplex inscribtio cuique (1) Epistolæ : nominum una, quæ ab ipso auctore, et habet hoc elegans, quod fere apta nomina argumento proprio; quod in quibusdam latine adsequi promtum fuisset; at in ceteris non potuit commode, eoque visum servare græcam nomenclaturam ; inscribtio altera, index et veluti argumentum ipsius Epistolæ, quam non credam esse ab auctore ipso, concinnam tamen et fidelem satis, eoque retinendam. Pejore fato fuere plerique libri, ut ignaros quosque habuerint consarcinatores ejusmodi lemmatum, qui sæpe inscribtionibus falsis fucum faciunt lectori, adeo ut occupata mens et eorum fidei credula non pervideat interdum quid contra verum sit ex ipsius auctoris verbis. Dabo

(1) Non *cuique* : hæc enim ipsa Epistola et sequens unam tantum, mendo forte codicis, præferunt inscriptionem. Vide et II. 23. BO.

exempla illustria duo. Suetonii caput est [28] in sceleribus Neronis, quo arsisse id monstrum refert etiam matris cupidine. Inscribsere vulgo, *Matris nefarius concubitus*, insinuavitque se ex eo lemmate opinio, inveterata sæculis multis, initam matrem ab hoc monstro : quod nullus Antiquorum adserit, et stetisse hac fini desiderium volunt, ut uterque voluerit, neuter ausus sit. Suetonium ipsum lege: nihil ejusmodi; hoc tantum, ita exarsisse nefandam hominis libidinem, ut in lectica vectus cum matre imaginaretur sibi concubitum, et traderet incestis manibus sceleratas libidines. Hoc enim vult quum ait, *libidinatum inceste, maculisque vestis proditum*. Alterum exemplum e nostro Froissardo est, cujus caput septimum libri quarti de Betisacho, Joannis Bituricensis Ducis quæstore. Videas lemma : credas quæsitam ejus neci caussam ex confessione hæreseos et sodomiticæ libidinis; ita enim scribunt. At in capite ipso, attendas curatius, nihil fatetur nisi hæresim; Bulgaris se eadem sentire, nec certum esse de Incarnatione, de Resurrectione, et ceteris quæ tum Ecclesiæ credita. Error ex eo, quod Bulgarum se fatetur; quo tum nomine hæretici omnes vocati, propter Bulgarorum a Pontifice Romano discessionem. At isti credidere accipiendum eo modo quo vulgo sumimus, quum italicam vocem *bugerronis* interpretamur. Delenda ergo ejusmodi lemmata, et in Froissardo notanda fraus consiliariorum Caroli VI, qui, quum Betisachum propter objecta crimina damnare non possent, quia Dux Bituricensis eorum auctor fiebat, persuaserunt scelesto homini, ut fateretur hæresim,

credulus remissum iri (1) litem ad Pontificem Romanum. Prorsus eadem malitia, qua usus Rex Chilpericus convincendo Prætextato Episcopo Rotomagensi, apud Gregorium Turonicum v. XVIII. Meliore fide Domitianus in Secundi epistolis [IV. Ep. II.]. MERC. Illud tamen non prætereundum τὸ Ἀρισταίνετος primæ Epistolæ non satis apte adscribi; eum enim significat qui optime laudatus est vel laudatur : id autem alienum a persona ejus qui Laïdem describit. Non enim optime laudatur, sed optime laudat. Quare pro Ἀρισταίνετος ibi forte scriptum fuit primo Ἀρισταινέτης, quod eum opportune designat, qui optima optime laudet, et plane accommodatum est ad Epistolæ ὑποκείμενον, quod ipsa nomina ibi certe videntur exprimere : etc. PAUW. *in Præf.*—Hæc Pauwio procul dubio in mentem venerant, lectis Bergleri verbis hisce ad Alciphronis initium : » Imitatur Alciphronem in hac re, ut » alias, auctor Epistolarum amatoriarum, quarum prima » inscribitur Ἀρισταίνετος Φιλοκάλῳ : nam in ea ipsa quasi » ἀρισταινέτης aliquis fingitur *egregie laudans* amicam » *elegantiarum amatori* : unde nimis secure creditur » Aristænetus vocatus fuisse ille auctor. » BO.

Pag. 2. ΦΙΛΟΚΑΛΩ) Sambuciana φιλοκάλλῳ. ABR. Hæc quidem est lectio codicis; non dubito tamen quin Polyzoïs

---

(1) Omnes editiones *remissam iri* : qui solœcismus si Mercero exciderit, non tamen servandus erat. Excidit et aliis viris doctis, aliud agentibus, Jonesio, Wakefieldio : cf. Classicam Valpyi Ephemeridem, tom. 10, pag. 65. BO.

melius ceteras editiones secutus esset, ubi legitur φιλο-κάλῳ. BAST. *in Epist. crit.*

Pag. 2. Λαΐδα) Putat Bælius (*Dictionn. crit.* in Artic. *Laïs.*) auctorem nostrum hac omnium prima Epistola sub Laïdis persona formam suæ depinxisse amicæ. ABR.

Pag. 2. Τὴν ἐμὴν ἐρωμένην) II. 6. νενίκηκάς με, τὴν ἐμὴν ἐρωμένην λαβών. BAST.

Pag. 2. Εὖ μὲν—κάλλιστα) Gloss. in cod. ad εὖ· καλῶς: ad κάλλιστα· καλλίστως. BO.

Pag. 2. Ἐδημιούργησεν ἡ φύσις) Τὴν φύσιν vocat hic δημιουργοῦσαν eo sensu quo a Suida τὸ δημιουργεῖν exponitur τὰ μὴ ὄντα ποιεῖν, et quo significatu ipse τῶν πάντων ποιητὴς ΘΕΟΣ a Platone, Epicteto, Hieroele et aliis sanioribus philosophis, δημιουργὸς appellatur. Sic apud Theodoretum Θεραπ. λογ. ϛʹ· τὸ δημιούργημα absolute pro creatura, et λογ. έ. ἡ τῶν ὅλων δημιουργία pro universa rerum creatione ponitur. etc. LAMB. Theophyl. Sim. Ep. 15. ait Augiæ venusti cujusdam adolescentis nasum egregie formatum esse, καὶ πολλὴν, inquit, τῆς δημιουργοῦ φύσεως τὴν ἐπιστήμην ἀπήλεγχε. BO.

Pag. 2. Ἡ φύσις—Ἀφροδίτη) Prorsus ut in Epist. [libri I] 15. φύσει τε καλὴ, κὰκ τῆς Ἀφροδίτης ἐπιστημότερον κοσμηθεῖσα. MERC. In deliciis est Auctori Naturæ Venerem opponere. Infra in capillorum descriptione: ἡ δὲ κόμη φυσικῶς ἐνουλισμένη...... καὶ ταύτην

αἱ χεῖρες τημελοῦσι τῆς Ἀφροδίτης. BAST. Manu correctoris in codice, teste Bastio, scriptus est articulus ἡ e regione vocis Ἀφροδίτη. Non displiceret si esset in textu; nam apte quadrarent ἡ φύσις et ἡ Ἀφροδίτη. Sed video Aristænetum, qui sæpius casus obliquos cum articulo effert, scribere ubique sine articulo rectum, Ἀφροδίτη: mox, ἠξίωσεν Ἀφροδίτη· et I. 10. κεκόσμηκεν Ἀφροδίτη. Lectores, si qui fuerint de versione latina solliciti, monitos hic velim primæ hujus Epistolæ versionem fuisse a Barthio diligenti subjectam examini in Adversar. 45. c. 6. BO.

Pag. 2. Χαρίτων) Glossa in cod. Πιθὼ, Ἀγλαΐα καὶ Εὐφροσύνη. BO.

Pag. 2. Συνηρίθμησε) illustrat Albertius Observ. ad A. A. 1. 17. BO.

Pag. 2. Χρυσοῦς Ἔρως) Glossa cod. ὁ τῆς Ἀφροδίτης υἱός. BO. Cur Cupido aureus? an forte ob pulchritudinem vel potentiam? Credo ego potius μιμητικῶς ab Homero desumta esse, qui non uno loco Veneri hoc ἐπίθετον tribuit. Iliad. III. 64. Μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε χρυσῆς Ἀφροδίτης. Atque iterum Iliad. XIX. 282. Βρισηῒς δ' ἄρ' ἔπειθ' ἰκέλη χρυσῇ Ἀφροδίτῃ. Ad quæ loca notat Eustathius Venerem ab Homero auream dici διὰ τὸ χρυσοφορεῖν, ἢ ὅτι χρυσῷ τὰ κατ' αὐτὴν ἀνύεται [unde lusus Luciani D. M. IX. 3.]. Sic Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα χορείας Ζεὺς διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους: quod Epigramma [*Pauli Sil.* XVI. *in Anal.*] exstat apud Suidam

in Proverbiorum collectaneis Cent. 2. Pr. 40. Huc facit Horatii illud III. od. 16. »Inclusam Danaen» etc. LAMB. Cupidinis epithetum χρυσοῦς dictum esse ad imitationem Veneris Homericæ χρυσέης cum Lambecio neutiquam contenderim. Poetis atque scriptoribus recentioris ævi χρύσεος de quovis præstantissimo, et re et persona, dicitur. Sic infra I. 10. ὁ γάμος χρυσοῦς ἔσται : I. 5. ὁ χρυσοῦς ἑστιάτωρ [ubi vide Not.] : I. 8. ὁ χρυσοῦς ἱππεύς : II. 21. τὸ χρυσοῦν τῶν Ἐρώτων βέλος. BAST. »*Aureus* in medio marte tacetur *Amor*,» Ovidius ait A. II. 18. 36. Itaque Apuleius eum »infantem *aureum*» vocat M. V. p. 347. ubi vid. intt. Hoc epithetum ad pulchritudinem est referendum e sententia Luciani in Charid. II. ἥδιον ἂν οὖν ἀκούσαι» λευκώλενος» ἡ Ἥρα, ἢ « πρέσβα θεὰ θυγάτηρ » μεγάλου Κρόνου »... Ἀφροδίτη τε τιμήσαιτ᾽ ἂν τοῦ παντὸς καλεῖσθαι χρυσῆ· ἅπερ ἅπαντ᾽ εἰς κάλλος τείνει. Et sic sentit Scholiastes Luc. Jov. Trag. § 10; et Costarus *Entret.* p. 427. Sophocli Œ. T. 158. Fama vocatur χρυσέα, quod Scholiastes cepit pro τιμία. Locellæ ad Xenoph. Ephes. I. 2. dubium non est quin χρυσῆ Ἀφροδίτη, inter alias hujus denominationis causas, etiam ob flavam comam sic fuerit dicta, et laudat flavos capillos heroinarum ex antiquitate et heroum nonnullorum; quibus nominibus alia nec pauca addi possunt ex nota Foscoli ad Catull. p. 205. Nihilque obstat quominus et sic χρυσοῦς Ἔρως intelligatur, cui, teste Apuleio M. V. p. 102.» capitis *aurei* genialis » cæsaries ambrosia temulenta » fuit. Cf. Klotz. Lectt. Venus. p. 356. et infra not. ad. I. 5.——Obiter monebo

ἐν loco Charidemi Lucianei modo adpositi pro vulgato ἀκοῦσαι scripsisse me ἀκούσαι. Nam optimum est ἀκούειν λευκώλενος, pro λευκώλενος *vocari, audire* : cf. notata ad Philostr. H. p. 307. Julianus Misop. p. 343 C. δεσπότης εἶναι οὐ φῂς, οὐδὲ ἀνέχῃ τοῦτο ἀκούων. Diogenes Laert. II. 140 de Menedemo: κατεφρονεῖτο Κύων καὶ Λῆρος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων ἀκούων. Theocritus Id. 16. 30. Ὄφρα κε, κεὶν Ἀΐδαο κεκρυμμένος, ἐσθλὸς ἀκούσῃς : ubi Bayerus apte confert Horatianum : » Tu recte vivis, si curas esse *quod audis.* » Locutiones κακῶς ἀκούειν seu κλύειν, ἄριστα ἀκούειν, et similes, hinc sunt explicandæ. BO.

Pag. 2. Τὴν ποθουμένην) Idem est quod paulo ante dixit ἐρωμένην : eodem modo quo Theocritus in Aita : οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἄματι γηράσκουσι : ubi vetus Scholiastes τὸ ποθεῦντες exponit ἐρῶντες. In eam quoque partem utitur verbo ποθεῖν Theophyl. Epist. 42. εἰ δῶρα ζητεῖς, οὐ ποθεῖς· ἀδωροδόκητοι γὰρ οἱ Ἔρωτες καὶ τοὺς ποθοῦντας τοιούτους διδάσκουσι. LAMB. Cf. not. ad I. 21. Sed et cursim notemus Theocriti verba illa a Lambecio adlata respici a Firmo Ep. 4. τοὺς ποθοῦντας ἐν ἡμέρᾳ γηράσκειν παλαιὸς κατέχει λόγος· ἐμοὶ δὲ ἐδιπλασίασεν τὸ γῆρας, τῷ μήκει τοῦ χρόνου συνεπιλαβομένης ἐλπίδος τῆς ὑμετέρας πρὸς ἡμᾶς ἀφίξεως, ταῖς ἐπαγγελίαις τιθεμένῳ. Ultima vox corrupta est : repone, πειθομένῳ. BO.

Pag. 2. Εὐστόχως ἐπιτοξ) Philo. p. 215. G. ἐπὶ προτεθέντα σκοπὸν ἀφιεὶς εὐστόχως τὰ βέλη. Add. in rem Barth. Anim. in Claud. p. 802. b. ABR. Εὐστόχως hac in

re solenne; cf. I. 25. εὐστόχως ἠκόντισεν. Parthen. Erot. 15. αὐτὴν εὔστοχα βάλλειν ἐποίησεν (ἡ Ἄρτεμις). In Heraclide Pontico Alleg. p. 35. πῶς δ' ἂν αἱ χεῖρες εὐστοχῆ (leg. εὔστοχα) βάλλοιεν : Cod. Vatic. 871. cum vulgata consentit. Anthol. Gr. VI. Archias [Epigr. 8.] : εὔστοχα πέμπε λίνα. Εὐστοχία et εὐτυχία junguntur in Br. Anal. II. 167. Lucianus t. 8, p. 6. ἐπίσκοπα τοξεύειν. Opponitur, ἄσκοπα τοξεύειν t. 6, p. 128. Εὐστόχως sensu metaphorico ap. Lucian. t. 8, p. 17. Ibidem de Domo p. 96. τὸ πρὸς ὥραν ἑκάστην εὔστοχον : Cod. Vatic. 87. εὖ ἔχον. Attamen in Sympos. t. 9. p. 55. καὶ ἄλλα πρὸς τὸν καιρὸν εὔστοχα. De εὐστοχίᾳ, virtute in scribendo, vide Dorvill. ad Char. p. 408. Lucianus t. 6, p. 68. εὐστόχους λόγους. Cf. Wyttenb. ad Julian. p. 162. BAST. Nicetas Eug. IV. 198. Ὡς εὔστοχον τὸ τόξον αὐτὸ, παρθένε! BO.

Pag. 2. Ἐπιτοξεύειν ταῖς τῶν ὀμμάτων βολαῖς) Illustrat hunc locum Xenoph. Ἀπομν. ά. [cap. 3, 13.] Ἴσως δὲ, inquit, καὶ οἱ ἐρῶντες τοξόται διὰ τοῦτο καλοῦνται, ὅτι καὶ πόρρωθεν οἱ καλοὶ τιτρώσκουσι. Sic eleganter Lycophron [509.] de Troilo Achillis amasio : Ὅς τ' ἄγριον δράκοντα πυρφόρῳ βαλὼν ἴυγγι τόξων. Et hinc illud est quod poetæ deum amoris τοξοφόρον fingunt. Ὀμμάτων vero dixit juxta tritum proverbium ἐκ τοῦ ὁρᾷν τὸ ἐρᾷν. Etc. LAMB. Præiverat ei Philostratus Icon. II. p. 842. βολαί τε ὀφθαλμῶν εὔσκοποι. WYTT. Lucianus Amor. non semel. Theod. Prodom. de Rhod. VI. p. 234. HUET. Confer Pierson. Veris. p. 147. BAST. Has ὀφθαλμῶν βολὰς illustravi et ego quoque ad Philostr. Her. p. 547. at-

que ad Nicet. Eugen. p. 211. Cf. Blomf. Gloss. ad Agam. 232. BO.

Pag. 2. Ὦ φυσ.—ῶ) Mercerus et Polyzois ῶ. Codex ὦ, cum glossa : θαυμαστικόν. BO. Codex bis exhibet ὤ, atque hoc Polyzois reddere debuisset, et hic, et 1. 17. ubi codex item offert, ὦ δυστρόπου γυναικὸς, ὦ βαρβάρων ἠθῶν, ὦ ψυχῆς ἀνημέρου. Vid. Valcken. ad Adon. p. 403 sq., et auctores quos laudat Schæf. V. Cl. ad Long. p. 343 sq. BAST. *Epist. crit.* Libros manuscriptos exacte servare grammaticorum discrimen inter ὦ et ῶ longa experientia sum edoctus, eamdemque rem adfirmat H. Steph. in Thes. t. 4, p. 763. Quam ob causam critici quidam hoc in genere minus adcurati sint, equidem nescio. BAST. De hac re egi ad Nicetam p. 32. In Persis 978, nunc non bene, ῶ ἰὼ δαΐων. Menander in Monili Fragm. 3. Ὦ τρὶς κακοδαίμων, ὅστις ἂν πένης γαμεῖ: Scrib. Ὦ—ὢν πένης! In loco notabilissimo Cyrilli ap. Suidam voce Σπάδων, scribe, ὦ τῆς ἀφροσύνης! ὦ τῆς ἀπάτης καὶ παραπληξίας! Hippocrates Præc. § 4. ῶ πρὸς Διός : scrib. ὦ πρ. Δ. Demosthenes de Symmor, p. 7. Amersf. ῶ πρὸς τοῦ Διὸς οἴεσθε τοῦτο; srib. ὦ πρὸς τοῦ Διός! οἴεσθε τοῦτο; BO.

Pag. 2. Φιλοτέχνημα) *opus naturæ optimum et artificiosissimum.* Infra, τὸ φιλοτεχνούμενον εἶδος. Est et φιλοτέχνημα apud Liban. t. 4, p. 778, 28. BAST. et ap. Basilium mox adponendum, p. 229. Cf. Dorvill. ad Charit. p. 461. BO.

Pag. 2. Ἀφροδ. εἰκὼν) Eodem sensu Musæus de Hero [33]: ἄλλη Κύπρις ἄνασσα· et paulo post [68]: Κύπριδος ἀρήτειρα νέη διεφαίνετο Κύπρις. LAMB. Comparat Sciopp. Susp. Lect. V. 5. cum illo Plauti in Rud. II. 4, 7. » pro Di immortales! *Veneris effigia* hæc quidem est! » ABR. Charit. II. p. 35. δόξεις, ὦ γύναι, θεασαμένη τὴν Ἀφροδίτην εἰκόνα βλέπειν σεαυτῆς: Sic bene Reisk. Ceterum creberrima hæc est assimilatio cum in eroticis, tum in aliis scriptoribus. Plurima exempla ad Xenoph. Ephes. p. 138 [=p. 101] confert Abreschius, in communicandis adversariis suis nimium liberalis. BAST. Schraderus ad priorem Musæi locum plurimis quoque hanc comparationem illustravit. Nicetas Eugenianus in Epist. ad Amasiam p. 8. ὢ Ἀφροδίτης ἔμψυχον ἄγαλμα! ubi Plautum contuli, immemor Abreschii. Cf. I. Ep. 26. BO.

Pag. 2 Ἐκείνῃ γὰρ ἵνα) Glossa cod. ad ἐκείνῃ· τῇ Λαΐδι: et ad ἵνα· ὅπως. BO.

Pag. 2. Κάλλος ἀφροδίσιον) Verbum ἀφροδίσιος, cujus potestas late patet, pro indole loci aliam et aliam poscit interpretationes. Κάλλος ἀφρ. vel ejus modi est forma, qualem habet Venus, forma Venere digna; vel, quod malim, venustas quæ amorem injicit, cujus amore capior. Infra II. 14. domus in qua habitat Amasius Melissarii dicitur οἶκος ἀφροδίσιος. BAST.

Pag. 2. Διαγράψω τοῖς λόγοις) Vid. Boissonade ad Phil. Her. p. 374. BAST. Lucianus de Domo § 21. φέρε, ὡς

οἷόν τε γράψωμαι αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ: ubi non fuit cur editor hæreret. Eunap. p. 2. ὁ γραφόμενος ὑπὸ τοῦ λόγου: ubi cf. notata p. 129. BO.

Pag. 2. Λευκαὶ... καὶ ὑπέρυθροι παρειαί) More poetarum hæc, quibus usitatum in pulchritudinis descriptione candida rubentibus miscere. Tribuitur tamen id ipsum maxime genis. Sic Musæus de Hero [58]: Ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν, Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον. Clitopho de Leucippe ap. Achill. Tat. I. [c. 4.]: λευκὴ παρειά· τὸ λευκὸν εἰς μέσον ἐφοινίσσετο καὶ ἐμιμεῖτο πορφύραν. Apud Eustathium Hysmen. [III. p. 85]: παρειὰ λευκή· τὸ λευκὸν ἄκρατον ἐς ὅσον οὐκ ἠρυθραίνετο· τὸ μέσον ἐρυθρόν· τὸ ἐρυθρὸν διεσπασμένον καὶ οἷον διεσπαρμένον. LAMB. Ovidius Ep. XXI. 217. » Candida nec » mixto sublucent ora rubore. » BAST. Vide Barth. ad Claudian. p. 841 a. ABR. Nicetas Eugen. I. 147. de Drosilla: Ἔοικεν ὡς ἔμιξε γάλα καὶ ῥόδα Natura. Vide quæ ibi adposui. Cf. et Villoison. ad Long. p. 139. Obiter monebo in loco Eustathii, seu potius Eumathii, a Lambecio adlati, Codicem Reg. 2897. præferre ἠρυθαίνετο, et lusum non optimum inter διεσπασμένον et διεσπαρμένον illustrari conlatione loci similis III. p. 97. οὕτω μοι τὰ μέλη διέσπασται καὶ μέρη διέσπαρται. Nemo mihi, puto, valde succensebit, si, hac vocum μέλη καὶ μέρη junctura quasi provocatus, eam in transcursu illustraverim. Igitur Heliodorus VII. 10. τραῦμα οὐ μέρους μόνον ἢ μέλους, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς αὐτῆς γέγονε: ubi frustra editor de librariorum oscitantia cogitavit. Nam sic multi sunt locuti. Præibat

Plato Philebo 5. ἑκάστου τὰ μέλη τε καὶ ἅμα μέρη διελὼν τῷ λόγῳ. Nicephorus in Synes. p. 360 A. Ἕλλην καὶ οὗτος τῇ δόξῃ ὢν (Codex Reg. 831. Ἕ. τῇ δ. καὶ οὗτος ὢν) τὰ αὐτὰ ἐκείνοις διέξεισι, καὶ φησὶν εἶναι τὸν κόσμον ἔμψυχον (Cod. idem, bene, ζῶον ἔμψ.), καὶ, λοιπὸν, ὥσπερ φησὶν, ἕκαστον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ζώων σύγκειται ἐκ μερῶν καὶ μελῶν κτλ. Nicephorus ibid. p. 361 B. παλμοὺς ὀφθαλμῶν ἢ καρδίας ἢ ἄλλου του μέρους καὶ μέλους: ibi quidem Codex verba καὶ μέλους non exhibet; servanda tamen. Idem. Hist. VII. 11. p. 167 F. de Theodoro Metochita: σώματος γὰρ μεγέθει καὶ μελῶν καὶ μερῶν συμμετρίᾳ καὶ ὀφθαλμῶν ἱλαρότητι πάντας εἷλκε πρὸς ἑαυτὸν ὀφθαλμούς. Gregorius Thessal. p. 62. τὰ τοῦ σώματος μέρη καὶ μέλη πάντα τῇ νηστείᾳ κακοπαθοῦντα. Scholiastes Theocriti VIII. 72. κάλλος γάρ ἐστι συμμετρία μελῶν καὶ μερῶν μετ' εὐχροίας. Basilius Cæsar. ineditus in præloquio ad Gregorii Naz. Orat. XXXVIII. e codice Reg. 573. p. 1, 2. ὁ λόγος ὁ κατὰ ἀποτάδην καὶ διεξοδικὸς σώματι ζώου ἔοικεν, ἀναλογοῦσαν ἔχων ψυχῇ μὲν τὴν ἔννοιαν, σώματι δὲ τὴν φράσιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ σῶμα ἐξ εἴδους καὶ μερῶν ἢ μελῶν συνέστηκεν, εἴδει μὲν ἀναλογεῖ ἡ ἰδέα, τοῖς μέρεσι δὲ ἢ μέλεσι τὰ μέρη τοῦ ὅλου λόγου· ἅτινα πέντε μέν ἐστι τοῦ πολιτικοῦ εἴδους, προοίμια, διηγήσεις, ἀντιθέσεις, λύσεις, ἐπίλογος, ὡς κεφαλὴ, χεῖρες, καὶ τὰ λοιπὰ μέρη καὶ μέλη. Planudes, ineditus adhuc, hæc Ovidii M. XIV. 547. » cremabit Ignis » edax nemorum *partes et membra* meorum » sic reddit: ἐμπρήσει τὸ παμφάγον πῦρ τὰ τῆς ἐμῆς λόχμης μέρη καὶ μέλη. Gregorius Naz. Orat. XXXIV. p. 552 C. πολλὰ δ' ἂν

ἔτι φιλοσοφήσαις περὶ μελῶν καὶ μερῶν : ubi discrimen explanatur a Basilio inedito Cod. 573. p. 214, 1. hisce verbis : ἤτοι τὸ αὐτὸ εἴποις, ἢ μέρη μὲν τὰ ἀδρότερα καὶ ἀνομοιομερῆ, ὡς κεφαλὴ, χεῖρες καὶ πόδες καὶ τὰ λοιπά· μέλη δὲ τὰ ὁμοιομερῆ, ὡς σάρκες, ὀστᾶ καὶ φλέβες. Paululum variavit orationem Zonaras in Epist. Can. p. 55 C. τὸ γὰρ σπέρμα τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον, πρότερον μὲν ἐξαιματοῦται, εἶτα εἰς σάρκα πήγνυται ἀμόρφωτον, εἶτα ἐξεικονίζεται καὶ διατυποῦται εἰς μέλη καὶ μόρια. Græcam illam loquendi formulam bene calluit Casaubonus, sic nempe scribens ad Pers. p. 31 : » Consideremus satiræ » hujus μέλη καὶ μέρη, membra, inquam, et membrorum » partes. » Apte Asterius Hom. p. 66. λείπεται λοιπὸν ἡ γυνὴ τοῦ νοσοῦντος μέρους τὸ μέλος. Adde Heliod. x. 4, et Dausq. ad Basilii Seleuc. Orat. xxv. BO.

Pag. 2. χείλη διηρημένα) διηρμένα. MERC. Ita Mercerus, quia διᾶραι στόμα dicere amant Græci. Alias διηρημένα vi sua non peccat. PAUW. Junius de Pict. Vet. III. 9. § 14. Merceri, ut videtur, secutus conjecturam, citat διηρμένα, vertitque » leviter hiantia. » Mihi Merceri versio » tenui intersticio distincta » præplacet, nec editam permutem cum viri docti conjectura. Etsi ceteroqui non me fugiat Apul. M. III. p. 156. laudare » hiantia os- » cula Fotidis; » nec non ejusdem illud II. Flor. p. 16. » canticum videtur ore tereti *semihiantibus* in conatu » *labellis* eliquare. » Στόμα διᾶραι, quod verbum hic substitutum volunt, aliquoties habet, præter alios, De-

mosthenes, ut in Oratione de Perp. Gesta Leg. p. 225 et 245; itemque Aristid. t. 1, p. 582. ABR. Codex διηρημένα, quod potest defendi et propterea frustra mutatur. Leo Allat. Exc. Var. [p. 95. τὸ δὲ στόμα διηρημένον εἰς λόγους ἀνεῖται. Vid. ibid. p. 3. Lucianus Toxar. vol. 2. p. 516. τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κωφοῖς προσωπείοις... ἃ διηρημένα τὸ στόμα καὶ παμμεγεθὲς κεχηνότα, οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγγεται. Ab altera vero parte dici quoque posset χείλη διῃρμένα. Sæpe obviam invenimus formulam στόμα διᾶραι. Vid. Abresch. in hunc locum et Valcken. ad Theon. Adon. p. 232 A. Scholiastes Luciani vol. 2. p. 827. μειδίαμα ἄχρι τοῦ τὰ χείλη διᾶραι. Accedit quod verba διαίρειν et διαιρεῖν sæpissime apud veteres librarios confusa sunt : etc. BAST. *in Epist. Crit.* Schæferus Mel. Crit. p. 80. »In Aristæneto χείλη διῃρημένα jure tuetur » Abreschius contra Merceri διῃρμένα. Χείλη διῃρμένα, » etiamsi id ἠρέμα fiat, in puella formosa nemo lauda» verit.» BAST. *ibid. in Append.* Polyzois recepit in ordinem Mercerianam conjecturam διῃρμένα. Retinenda omnino vulgata. Klotzius, qui hunc locum apposuit in Lect. Venus. p. 379. cum pauculis aliis eodem lepore conditis, scripsit διῃρημένα, nihilque dubii aut suspicionis movit. Thomsonus Æst. 1586. apte conferetur : » *the* » *parted lip*, Like the red rose bud moist with morning » dew, Breathing delight : » in quibus *the parted lip* hoc ipsum est, διῃρημένον χεῖλος. Eumathius Hysm. III. p. 85. τὸ στόμα συμμέτρως διέρρηκται : quod, si sanum, certe durum est. Philostratus Ep. 65. χείλη με ἐπάγεται καὶ

δεινῶς χάσκεται, κεκλεισμένα μὲν δι' εὐκοσμίαν, ἀνεῳχθέντα δὲ δι' εὐωδίαν: ubi fere malim ἀνοιχθέντα cum cod. Reg. 1696. De Abreschianis monebo Catullum 61, 220. *semihiante labello* præivisse Apuleii *semihiantibus labellis*, et amicum οὐκ ἄμουσον A. Gellii XXI. II. *semihiulco suavio* Fotidis *hiantibus osculis*; de Bastianis, me ad Eunap. p. 220. attigisse confusionem vocum διηρμένος et διηρημένος, simulque locutionem διᾶραι τὸ στόμα. BO.

Pag. 2. Τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα) Barthius ad Stat. VI. Th. 333. emendat, καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρὰ, ἐρυθρότατα: quod ego non capio; nec dubium quin error insederit. ABR. Errorem subesse non credo. Χεῖλη παρειῶν ἐρυθρότερα est locutio haud gravissimi sensus, et hanc ob rem Barthius eam supprimere et cum alia commutare voluit; sed immerito. Immutatas auctori relinquamus ipsius ideas neque exornemus. Prædicat de Laïde ejus labra genis suavius esse rosea; alia occasione data, loquitur de genis quarum color labris non cedat. I, 10. BAST. *in Ep. Crit.*

Pag. 2. Ὀφρύς τε μέλ. τὸ μέλαν ἄκρατον) Sic Achilles Tat. [I. c. 4. *conlatus et ab Abresch.*] κόμη ξανθὴ, τὸ ξανθὸν οὖλον: ὀφρὺς μέλαινα, τὸ μέλαν ἄκρατον. Ceterum hoc loco observes nigra supercilia nigrosque oculos apud Veteres in non minima pulchritudinis laude fuisse: etc., etc. LAMB. Pro ὀφρύς τε ἀκράτως μέλαινα. Lucian. t. I, p. 290. ἐγὼ μὲν ἡ ἀκράτως λευκή. Eamdem structuram habet Eustath. lib. III. p. 96. BAST. In codice ad μέλαν glossa: τῶν ὀφρύων. BO.

Pag. 2. Τὸ δὲ μεσόφρυον—διορίζει) Anacr. 28, 13. Ad rem Winckelm. *Gesch. d. Kunst.* s. 363. BAST. Cf. Fisch. ad Anacr. l. c. BO.

Pag. 2. Ῥὶς εὐθεῖα—χειλῶν) De vitio suspectus hic locus Barthio lib. XLV. Advers. cap. 6. ABR. Barthius perperam quoque suspectum habet illud, quo nihil exasciatius Hercule et syncerius: χείλη λεπτὰ dederat auctor Laïdi cum aliis omnibus formarum spectatoribus; ad eorum λεπτότητα adæquatus erat nasus. Quid facilius et decentius? PAUW. *in notis ad* II. 21.—Quid sibi velit Barthius locum hunc, vel certe vocabulum παρισουμένη corruptum esse judicans, equidem plane non perspicio. Ῥὶς εὐθεῖα rectus ille Græcorum est nasus, quem fere in omnibus priscis monumentis deprehendimus, et cujus summa apud Veteres laus erat atque existimatio. Confer, si tanti est in re nota, *Winckelmann.* et *Eckkel.* etc. Ῥὶς μακρὰ reprehenditur in Dial. Meretr. Luciani t. III. p. 281. BAST. Talem nasum Philostratus in Heroïcis non semel τετράγωνον vocat, et ὀρθήν, quod est melius: vide quæ ibi notavi p. 376, 503. Isaacus Porphyrog. in Allatianis Exc. p. 308. Palamedem describens ait fuisse εὔρινον, quod idem est ac ὀρθὸν τὴν ῥῖνα, ni forsan σύμμετρον tantum. Ammianus Marc. XXV. 4. p. 428. de Juliano: » superciliis decoris et *naso rectissimo.* » Theophyl. Sim. Ep. 15. de Augia pulcro quodam juvene: ἡ δὲ ῥὶν λίαν σεμνῶς ἐτετόρνευτο, καὶ πολλὴν τῆς δημιουργοῦ φύσεως τὴν ἐπιστήμην ἀπήλεγχε. Ariostus Orl·

Fur. VII. 12. » Quindi il naso per mezzo il viso scende, » Che non trova l'Invidia ove l'emende. » Recentioribus ætatibus videntur Græci et a sensu pulchri etiam in rebus physicis recessisse. Theodorus enim Prodromus Rhodanthæ suæ non rectangulum nasum tribuit, sed subaquilinum: ὑπόγρυπος ῥὶς, κόρη μελαντάτη. BO.

Pag. 5. Ὀφθαλμοὶ μεγάλοι) Longus I. p. 28. Cour. ἐθαύμασε... τοὺς ὀφθαλμοὺς ὅτι μεγάλοι καθάπερ βοός. BAST. Longi editori verba καθ. βοὸς γλωσσήματι ἐοικέναι dicuntur: frustra. Hæ imagines bucolicum stylum non dedecent. Philostratus Her. p. 160. λέγεται δὲ (Palamedes) καὶ μεγίστοις ἀνθρώπων ὀφθαλμοῖς χρήσασθαι: ubi cf. not. BO.

Pag. 5. Διαυγεῖς καὶ καθαρῷ φ. διαλάμπ.) Vide Barth. Stat. II. Theb. 276. et ad Claudian. p. 772. ABR. Hippocrates personatus Epist. 10. διέλαμπον δὲ αὐτῆς οἱ τῶν ὀμμάτων κύκλοι καθαρόν τι φῶς, οἷον ἀστέρων μαρμαρυγὰς δοκέειν. Codex pro καθαρῷ habet καδαρῷ: quam elementorum θ et δ permutationem attigi ad Nicetam p. 280: inde τένδω et τένθω scriptura plusquam sono differebant: cf. Brunck. ad Nub. 1198; Gaisf. ad Hes. E. 522. BO.

Pag. 5. Τὸ δὲ μέλαν—μελάντατοι) Lucianus ἐν εἰκόσι [c. 7.]: καὶ τὸ ἑκάστῳ πρέπον, ὡς μέλανα μὲν εἶναι ἀκριβῶς ὁπόσα μέλανα, λευκὰ δὲ, ὅσα τοιαῦτα χρὴ, καὶ τὸ ἐρύθημα ἐπανθεῖν. MERC. Integram hanc ῥῆσιν ex Alciphronis quadam Epistola, cujus fragmentum habemus, sumtam esse docuit Abresch. Exstat illud fragmentum apud eumdem in Addendis p. 115., et novissimum Alci-

phronis editorem neutiquam præteriit. BAST. Wagnerum nempe, apud quem reperitur t. 2, p. 222. Adponam hic, occasione se præbente commodum, lectionis varietatem a Bastio margini exempli Abreschiani adscriptam e codice, ut videtur, Regio 3021.—Ed. ὦ πόσον. » Scr. ὢ cum Cod.» —Ed. ἐργάστ. αὐτῶν. Cod. αὐτῶν.—Ed. κουρίοις. Cod. κουρείοις.—Ed. τοῖς λαλεῖν μὴ δυναμ. Λαΐς. Cod. τοῖς μὴ λαλ. δυναμ. et Λαΐς deest.—Ed. ἴσχνας ἐγχύλους. Cod. ἰσχνεγχύλους. — Ed. ἀφαρμάκευστα. Cod. ἀφαρμάκευτα.—Ed. εὐκυκλώτεροι. Cod. εὐκυκλότεροι. BO.

Pag. 5. Αἱ κόραι μελάντατοι) Lectioni cod. et Samb. μελάντατοι, Merceriana 4. cum Pauw. substituit μελάνταται: minus recte, quamvis ita scriptum legatur in codice Alciphronis. Eorum enim quæ Atticis propria sunt cave quidquam deleas in scriptore atticismi studiosissimo; atticam vero esse formam femininam μελάντατοι ex Thuc. III. 101. monuit Dorvill. in Vanno p. 600. BAST.

Pag. 5. Αἴγλην λευκότατον.) Nemo est qui non videat corruptum locum [αἴγλην λευκόταται], et statim judicet rescrib. λευκότατον. Sed aliud latet, scribendumque αἱ γλῆναι λευκόταται. Nam, ut supra dixit, τὸ δὲ μέλαν αὐτῶν, αἱ κόραι μελάνταται, ita nunc prorsus simili constructione, τὸ κύκλῳ λευκὸν, αἱ γλῆναι λευκόταται. Γλήνη pars oculi, quam plerique eamdem volunt cum pupilla, quæ est κόρη. Pollux [II. 70.]: τὴν τῆς κόρης αὐγήν: Noster, ut vides, τὸ κύκλῳ λευκόν. Poetæ sæpe pro toto oculo. Non dubito quin hæc emendatio doctis omnibus videatur certissima. MERC. Inepta

lectio [αἴγλην λευκόταται]. Mercerus, αἱ γλῆναι λ., quod longe adhuc ineptius. Nam γλήνη, ἡ κόρη ὀφθαλμοῦ. Præcessit autem αἱ κόραι μελάνταται, et ipsæ γλῆναι non possunt esse candidæ. Res est perspicua. Dein τὸ λευκὸν hic non habemus simpliciter, sed τὸ κύκλῳ λευκὸν, distincte. Quod pupillam cum iride cingit, oculi album est, et τὸ κύκλῳ λευκὸν recte dicitur. Hanc partem hic habemus, et adjuncta describere debent. Legendum sine dubio, καὶ τὸ κ. λ. αἴγλη λευκοτάτη, *et circum album, splendor candidissimus*... Nihil emaculatius. PAUW. Salmasius in Sol. p. 135 A. αἱ γλῆναι λευκόταται [*e mente Merceri*]. Barth. lib. XLV. Adv. c. 6. αἴγλαι: qui tamen ad Stat. VI. Theb. p. 476. citat, ut editur, αἴγλην. ABR. Illud in Barthio laudo quod... αἴγλαι λευκόταται per transennam viderit proxime ad verum. PAUW. *in Not. ad II.* 21.—Codex a prima manu exhibet αἴγλην λευκόταται, quam lectionem aperte mendosam tuentur editiones. Genuinum et vere Aristæneteum reposuit secunda manus, superscribendo γρ. λευκότατον. BAST. Editiones cum codice λευκόταται offerunt, quod corruptum esse apertissimum. Vid. Wagner. ad Alciphr. t. 2, p. 225. Polyzoïs recte lectionem λευκότατον recepit, quam librarius ut variantem codicis margini inscripsit. Mercierus prius eodem modo correxerat, postea vero maluit legere αἱ γλῆναι λευκόταται. Quæ vero conjectura bonis minime adnumerari potest, cum vox γλήνη, quæ significat idem quod κόρη, non synonyma esse possit cum τὸ κύκλῳ λευκόν. Schol. Apoll. Rh. I, 1281. γλήνη, ἡ κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ. BAST. *in Ep. Crit.*—Do-

lendum est Alciphronis Epistolam quam hic Noster imitatur deficere in ipsis hisce verbis, καὶ τὸ κύκλῳ λευκόν. Recepi λευκότατον secundæ manus. Fateor tamen non satis concinnam videri posterioris membri cum altero symmetriam. Schraderus ad Mus. p. 190. hunc locum adferens, utitur lectione Pauwiana, et addit ita omnino esse legendum. Atque verum est et facilem esse et aptissimam. Nec mala est, quam proponit Barthius Adv. XLV. 6. αἴγλαι λευκόταται. Sed ut concinnitas foret utriusque membri plenissima, ponere debuerat auctor in posteriore nomen proprium τοῦ λευκοῦ, ut in priore τοῦ μέλανος posuit, nempe αἱ κόραι. Etenim τὸ μέλαν synonymum fuit τῆς κόρης, etsi ἡ κόρη non sit in homine semper nigra. Anonymus Introd. Anatom. c. 54. τὸ δὲ καλούμενον (ὀφθαλμοῦ) μέλαν διαφέρει· τοῖς μὲν γάρ ἐστι μέλαν, τοῖς δὲ σφόδρα γλαυκὸν, τοῖς δὲ χαροπὸν, ἐνίοις δὲ αἰγωπόν. Si γλήνη dici posset de τῷ λευκῷ, rem teneremus. Sed γλήνη, ut vidimus, est ipsa κόρη: Herodianus in Epim. γλήνη, ἡ κόρη τοῦ ὀφθαλμοῦ.—Mercerus in tertia edit. pro *candidissimum*, scripsit, *orbes candidissimi*. BO.

Pag. 5. Ἑκάτερον ὑπερβολῇ—ἐπιδείκνυται) A mente hujus loci prorsus aberrant interpretes, in primis Herelius. Ὑπερβολὴ valet *excellentia, præstantia*, ἀκρότης, ut Geopon. XVI. 2, 2., ὑπεροχή (sic ὑπερβολὴ τῶν ἔνδον I. 3.); et ad summum coloris gradum spectat. Dixerat enim in superlativo τὸ μελάντατοι et λευκότατον. BAST. Ὑπερβολῇ, ἐν ὑπερβολῇ, ὑπερβολικῶς. Forte, ἑκατέρου ὑπερβολή. BO.

Pag. 5. Εὐδοκιμεῖ) Glossator, πρέπει. Philostratus Icon. I. 3. τὰ ἐναντιώτατα τῶν χρωμάτων ἐς τὴν τοῦ κάλλους συνθήκην ὁμολογεῖ. BO.

Pag. 5. Ἔνθα δὴ τὰς Χάριτας) Prorsus ut in Epist. 10. hujus libri: καὶ τοῖς ὄμμασι Χάριτες κτλ. Ad quem locum quæ notavimus vide. LAMB.

Pag. 5. Φυσικῶς ἐνουλισμένη) Alciphro l. c. τρίχες ἐνουλισμέναι φύσει. ABR. Petronius c. 126. id dixit: » crines » ingenio suo flexi. » BAST.

Pag. 5. Ὑακινθίνῳ ἄνθει καθ' Ὅμηρον) Locus est Od. ζ' [231] et ψ' [158]: Οὔλας ἧκε κόμας ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας. MERC. Verba ὑακίνθῳ ἄνθει, quæ habet cod. cum editt., recte jungi posse quis est qui inficias eat? Tamen ὑακίνθῳ si scripsisset Aristænetus, vocem ἄνθει, sicut in Longo, [cujus verba pagina sequente videsis in nota Lambeciana.] probabiliter desiderares. Quam ob causam anteposui Merceri conjecturam ὑακινθίνῳ, firmatam tum ab Homero, tum a Philostrato Icon. II. 11. p. 829. Ad rem confer Villois. adnot. ad Long. l. l. Voci ὑακίνθῳ in cod. a secunda manu superscripta est Glossa, πορφυρίζοντι, μελανίζοντι. BAST. Lectio [ὑακινθίνῳ] quam Polyzoïs recepit est conjectura Merceriana, confirmata a manu recentiori, qua codex correctus. Philostratus Icon. II. 11. p. 829. ἐκπεφύκασιν ὑακινθίνοις ὁμοίως ἄνθεσιν. Aristides t. I, p. 261. ὑακινθίνῳ μὲν ἄνθει οὐδαμῶς ὅμοιον: nonnulli codices ὑακίνθῳ. Vid. præterea Libanius t. 4, p. 855. BAST. *in Ep. Crit.*—

Scripsi cum Polyzoe ὑακινθίνῳ motus omnino mentione Homeri, apud quem est ὑακινθίνῳ non ὑακίνθῳ ἄνθει. Secunda manus in codice notavit pessimam lectionem, γρ. καθ' ὁμοιότητα, pro καθ' Ὅμηρον. Similis est descriptio apud Lucianum Amor. 26. δαψιλεῖς μὲν ἀπὸ τῶν βοστρύχων τῆς κεφαλῆς ἕλικες ὑακίνθοις τὸ καλὸν ἀνθοῦσιν ὅμοια πορφύροντες. Multa notavi olim ad Philostr. Her. p. 475. ubi et de nigro hyacinthi colore. Philostratus V. A. III. 5. μῆλον ἐγκεῖσθαι τῇ κάλυκι, κυάνεον μὲν ὥσπερ τῶν ὑακίνθων αἱ καλαί. Hanc lectionem, quæ est solœca, valde probat Olearius; sed reponendum αἱ κάλυκες, quod perspicue legitur in cod. 1696. Vide et de hyacintho flore Huet. Dissertt. t. 2, p. 266. BO. Longus IV [p. 114. Vill.] ὁρᾷς ὡς ὑακίνθῳ μὲν τὴν κόμην ὁμοίαν ἔχει. Nota hyacinthinum colorem apud Veteres adeo in deliciis fuisse, ut etiam, qui elegantiores videri volebant, ei similes comas alerent: testis Lucianus Rhet. Mag. [c. 11.]. LAMB.

Pag. 5. Ἐμφερής) Glossa cod. ὁμοία. BO.

Pag. 5. Τημελοῦσι) Glossa: ἐπισκοποῦσι, κλοκαλοῦσι: leg. φιλοκαλοῦσι. Suidas: τημελούμενον· ἐπιμελούμενον, φιλοκαλούμενον. Hesych. Τημελῆσαι· φιλοκαλῆσαι. BO.

Pag. 5. Τράχηλος—σύμμετρος) Nicetas Eugen. I. 131. Drosillam describens: Εὔρυθμος ὁ τράχηλος ἐκτεταμένος. BO.

Pag. 5. Ἁβρότητα) Glossa cod. λαμπρότητα, τρυφερότητα. BO.

Pag. 5. Τεθάῤῥηκεν ἑαυτῷ) i. e. προσαρκεῖ ἑαυτῷ πρὸς

πᾶν τὸ ὁλόκληρον, καὶ οὐδενὸς δεῖται κόσμου ἐπικτήτου. Sic θαῤῥεῖν apud Philostr. Ep. 40. ὥστε εἰ μάλιστα πεπίστευκας σεαυτῇ καὶ τεθάῤῥηκας, διὰ τοῦτό σε μᾶλλον ἀγαπῶ, μαρτύριον τὸ ἄπραγμον ἡγούμενος τῆς ἐν εὐμορφίᾳ πίστεως : postquam id, quod scholii loco adposui, præmiserat. Adde Epist. 39. ABR. Petronius Fragm. p. 668. Burm. » Guttura nunc aliæ magis monilibus ornent, aut » gemmas aptent capiti; tu sola placere Vel spoliata potes. » Adde et Philostr. Icon. II. p. 823. BAST. : qui notat præterea in loco Philostrati verba καὶ τεθάῤῥηκας non legi in codd. 1696 et 81. Nec illa ego reperi in Vaticano 140. Philostratus pariter Ep. 67. θάρσευσον σεαυτῇ καὶ πίστευσον τοῖς ποσί : ubi cod. ille Vatic. θάρσησον, melius, ut videtur. Aristophanes N. 540. Ἀλλ' αὐτῇ καὶ τοῖς ἔπεσιν πιστεύουσ' ἐλήλυθεν. BO.

Pag. 5. Λιθοκόλλητον) Hoc adjectivum habet Eunapius p. 30 : ibi exempla adtulit nonnulla Wyttenbachius. BO.

Pag. 5. Περιδέῤῥαιον) Ita cod. cum editt. hoc loco et I. 15. Scripturam περιδέραιον præstantiorem censet auctor Etym. M. Vide Hemsterh. ad Polluc. V. c. 9. Apud Clem. Alex. Pæd. II. 12. p. 241. habes περιδεῤῥέοις : Cod. Mod. περιδερέοις [*mutanda vocalis in αι.*]. Loco τοῦ περιδέῤῥαιον Noster I. 19. utitur voce περιαυχένιον ; in aliis scriptoribus legere memini περιτραχήλιον. Heliod. VII. p. 397. habet περιαυχένια λιθόκολλα (idem quod λιθοκόλλητα περιδέῤῥαια), ubi notabunt græcitatis studiosi adjectivum λιθόκολλος quod ignorant lexica. BAST. Περιδέῤῥαιον, inquit Etymologista, ἐστι περιτράχηλος κόσμος, ἀπὸ τοῦ

δέῤῥη, Αἰολικῶς, ὃ σημαίνει τὸν τράχηλον. LAMB. Achi
Tat. II. 11. περιδέραιον δὲ λίθων ποικίλων : Cod. Ve
409. περιδέῤῥαιον. Adde not. ad Xenoph. Eph. III.
BO.

Pag. 5. Τοὔνομα γέγραπται) Notat Muncker, mo
olim fuisse nomina integrosque aliquando versus zon
vestibus, monilibus intertexere. Et de monilibus quid
testem laudat hunc locum. De versibus in vestibus acu p
ctis videre jubet Auson. Ep. 36, et de aliis in zona eu
dem Ep. 92. SCHURTZ.

Pag. 5. Ἔτι δὲ εὐμήκης ἡλικία) Hæc est lectio codic
Sambucus perperam excudi jussit ἔστι δέ. Hinc error i
reliquas migravit editiones. Elliptica est oratio, sicut i
antecedentibus, τράχηλος λευκὸς, ῥὶς εὐθεῖα, ὀφθαλ
μεγάλοι. BAST. Polyzoïs in *Erratis* emendat, ἔστι
εὐμήκης ἡλικίᾳ. Codex fert ἔτι δὲ εὐμ. ἡλ., quod in textu
recipi debebat. BAST. *in Ep. Crit.*—Ideo scripsi ἔτι. Pe
mutationem τῶν ἔτι et ἐστὶ attigi ad Eun. p. 556: Cf. Blom
not. ad Pers. 354. Nicetas Paphlago in laudat. Hyacint
p. 22. δῆμος γὰρ ἀλόγιστος καὶ θρασὺς, συνηθείαις κακα
καὶ πονηροτάταις προλήψεσι δεδουλωμένος, δυσαγώνιστ
τε ἔτι (scribere velim τέ ἐστι) καὶ τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀν
παίσθητος ἐπιστροφῆς. Eadem permutatio in Strabone
t. 1, p. 27. Dionis Epistola prima exhibet in editione m
ἔστι : codex Mazar. A 87. ἔτι præfert. BO. Proceritas oli
in feminis maxime laudabatur. Sic Theocritus de Hele
[18, 29.], et apud Achill. Tat. Clitopho de Leucipp

[I. 4.] : ἐπῄνουν τὸ μέγεθος. Ovid. A. [II. 2, 33.] : » Tu » quia tam *longa* es, veteres heroïdas æquas. » LAMB. Ovidius et A. III. 3, 8. » *Longa* decensque fuit. » BO.

Pag. 5. Σχῆμα — συνδιατιθέμενον) Exempla alia quædam, in quibus patescit vis verbi συνδιατίθεμαι, a D. Schotto in Adpend. ad H. Steph. suppleti, Abresch. coacervavit ex Greg. Palama Decl. I. p. 20; Synes. de Ins. p. 150 A., et Epist. 67, p. 213 ult.; Basil. t. I. p. 61 A. BAST. Ovid. A. A. I., 514 : *Sit bene conveniens et sine labe toga*. BO.

Pag. 5. Εὐπροσωποτάτη ἐστίν) Samb. εὐπρ. δέ. Mercerianæ et Pauwiana omisere δέ. BO. In eo δὲ vera lectio latet ἐστίν. Nam δὲ et ἐστὶ in codd. sæpe eodem modo fere scribuntur. Ignoravit quoque [*Pauwius*] Barthium ad VI. Theb. 573. hæc illustrare. Vide quoque Ep. I. 3. DORVILL. *in Vanno* p. 600. — Totidem itidem verbis descriptum ex Alciphronis illa Epistola et perspicitur adeo correctionis Dorvillianæ pretium, qua pro δὲ, quod comparet in editione Sambuci, reponitur ἐστίν. Barthius ad Stat. VI. Theb. p. 554. interpretis hic corrigit versionem: etc. ABR. Ἐστὶν, pro δὲ quod legitur in primis editionibus, est conjectura Orvillii, quam codex confirmat. Vid. comment. in Charit. p. 297. Compendia scribendi, quibus pro utraque voce usi sunt, interdum quam maxime conveniunt; nihil nisi spiritus verbi ἐστὶν notat differentiam, etc. BAST. *in Ep. Crit.* — In editione Pauwii, omisso δὲ vel ἐστὶν, minus recte legitur : ἐνδεδ. μὲν, εὐπροσωποτάτη·

Interpretationem hujus loci latinam castigat Barth. Advers. l. c., εὐπρόσωπος de *vultu specioso* et πρόσωπον de *vultu*, non de *forma* adhibitum esse, recte commonefaciens. Adparet id ex I. 3. ubi de Limona sua ita scribit Philoplatanus : ὑπερφυῶς εὐπρόσωπος οὖσα, ὅμως, ὅταν ἀπεκδύηται, δι' ὑπερβολὴν τῶν ἔνδον ἀπρόσωπος εἶναι δοκεῖ. Consulendæ ibi sunt adnot. nostræ. Cf. omnino Charit. II. p. 34, 5. Ceterum Pierson. Veris. p. 96. bene monet ῥῆσιν hanc nimis argutam et sophisticam esse. BAST. Plato Alcib. I. p. 36 extr. εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος δῆμος Ἐρεχθέως· ἀλλ' ἀποδύντα χρὴ αὐτὸν θεάσασθαι. ABR. Commodum Salmasius docet desumtum id loquendi genus esse e Platonis Charmide 469. ubi Plato, οὗτος μέντοι, ait, εἰ ἐθέλοι ἀποδῦναι, δόξει σοι ἀπρόσωπος εἶναι, οὕτω τὸ εἶδος πάγκαλος ὤν. SCHURTZ. A sensu vocis εὐπρόσωπος cum Mercero aberrabat Menagius in Menagianis t. 2, p. 176 : »J'ai rendu,» inquit »quelques pensées d'Aristénet en vers grecs : par exemple, celle où, en parlant d'une Beauté, il dit qu'elle était belle étant vêtue, mais qu'elle était la *beauté même* étant nue... Mercier, beau-père de M. Saumaise, a *merveilleusement bien* exprimé la première. » Menagius igitur græce, notante Moneta : Ἐσθῆτ' ἐνδύεται, καλλίστη Παρμενίς ἐστιν· Ἐκδύεται, κάλλος Παρμενίς ἐστιν ὅλη. Adde Heindorf. ad Charmid. § 4. Conferenda historiola apud Montanium, *Essais* I. c. 35. » Je ne sçay qui demandoit à un de nos gueux, qu'il voyoit en chemise en plein hyver, aussi scarbillat que tel qui se tient ami-

» tonné dans les martres jusques aux oreilles, comme il » pouvoit avoir patience : Et vous, Monsieur, respondit- » il, vous avez bien la face descouverte; or moi *je suy* » *tout visage.* » BO.

Pag. 5. Βάδισμα τεταγμένον) Id ipsum quoque laudat in Cynthia sua Propert. II. 2. » Incedit vel Jove digna » soror. » Neque Ovidium latuit quantum esset in hoc τὸ σεμνὸν τοῦ καταστήματος, qui puellis, inter prima de Arte Amandi præcepta, τὸ εὐτάκτως βαδίζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς maxime commendat. Locus est III. [299.] : » Est et in » incessu pars non temnenda decoris; Allicit ignotos ille » fugatque viros. » Est vero βάδισμα τεταγμένον, de quo Petron. in Sat. [c. 126.] » : incessus tute compositus, et ne » vestigia quidem pedum extra mensuram aberrantia. » LAMB. J. Chrysostomus t. XI. p. 496. οὐ γὰρ τεταγμένα βαδίζουσιν ἐν τῇ φάλαγγι, ἀλλὰ παράφορα. Arrian. de Venat. c. II. p. 37. τεταγμένα περιπατεῖν. Cf. omn. Winckelm. *Gesch. d. Kunst.* p. 318. BAST. I. Ep. 19. τεταγμένα βαδίζειν : ubi not. Vide et Tollium ad Gregor. Naz. p. 58. BO.

Pag. 5. ὥσπερ κυπάριττος ἢ φοίνιξ σειόμενος ἡσυχῇ) Sambucus iterum menda quadam inquinavit textum nostrum, legendo σειόμενον, codice ms. meliorem exhibente lectionem, σειόμενος, cujus sensum in versione nostra [*quam non reperi*] expressimus. Ad idem fere redit Barthii Advers. l. c. correctio, σειόμεναι. BAST. Barthius σειόμεναι : debuisset potius δειόμενοι. Nam sequitur ἐκεί-

νους.. Conf. Pricæum ad Apul. Mil. p. 672. ABR. Græca niterent magis, si legeretur, βάδισμα τ. βραχὺ δὲ, χ' ὥσπερ κυπ. σειόμενον. PAUW. : nam σειόμενον ad βάδισμα relatum, longe signatius certe dicit, quod ibi dicere voluit auctor, quam σειόμεναι [*Barthii*] relatum ad κυπάριττος ἢ φοίνιξ... Quid autem Barthius porro? Ex loco ita intellecto lib. 52. c. 5. inter Aristæneti Parœmiaca recenset βάδισμα κυπαρίττου, quod adeo putidum, ut nihil revera excogitari possit magis. PAUW. *in notis ad* II. 21.— Neglexit Bastius monere lectionem codicis, σειόμενος, esse a manu secunda superscriptam. Polyzoïs edidit σειόμενοι, e conjectura Abreschii, et, e sua forsan, βραδύ. Nicetas Eugen. I. 142. de Drosilla: Ἥβης τὸ μέτρον ὡς κυπάριττος νέα. Vide ibi not. Poeta Luciani Imag. 4. αἰγείρῳ εἴκαζεν τὸ εὔμηκές τε καὶ ὄρθιον mulieris cujusdam. In Puquevillii Itin. t. I. p. 288. cantilena recentissima legitur in qua amator amasiam vocat κυπαρισσάκι ὑψηλό. BO. Similiter Eustathius V. p. 166. μικρὸν τὴν κεφαλὴν ὑποκλίνασα, οἷον κυπάριττος ἀνεμουμένη μικρὸν ἐξ εὐκραοῦς ζεφύρου λεπτοῦ. BAST. Quid cupressi ad Laïdem? Proceritatem, ut opinor, arborum respexit vel potius τὴν τέρψιν, ob quam alio etiam nomine χάριτες dicuntur teste Geoponic. autore lib. II. [c. 4.]; certe ad metamorphosin earum alludit, quæ jam l. c. ita narratur :.... γῆ δὲ ἐλεοῦσα τὸ πάθος φυτὰ εὐθαλῆ ὅμοια ταῖς κόραις ἀνῆκε, τέρψιν ἀνθρώποις καὶ μνήμην ἐπ' αὐταῖς ἐμποιοῦσα. Huc facit Cæl. Rhodigin. Antiq. Lectt. I. 13. LAMB. Pro φοῖνιξ editt. Abreschii et Polyzoïs, reposui φοίνιξ Mercer. et Pauwianæ, quod

et Cod. habet. Cf. not. ad Nicet. Eugen. p. 207. BO.

Pag. 5. Οἷα φυτά) Cf. ad Epist. 5. ὥσπερ γεγηρακότι.

Pag. 5. Φύσει τὸ κάλλος ἐστὶν ὑπερήφανον) De φύσει vide subtilius satagentem Abresch. Lect. ad I. 12. ubi velit esse pro λίαν : quem quidem sensum illustravit Coraius ad Plut. t. 3, p. 355. Sed hic vulgarior significatio aptissima esse videtur. Juvenal, v. 61. » Nescit tot millibus » emptus Pauperibus miscere puer; sed forma, sed ætas » digna supercilio. » Ovidius F. I. 419. » Fastus inest » pulchris, sequiturque superbia formam. » BO.

Pag. 5. Τὴν ἀρχ. τ. Χαρίτων) Coluthus 16. Καὶ Χαρίτων βασίλειαν ἀγαλλομένην Ἀφροδίτην. BO.

Pag. 5. Οἷον εἰς ὑπερφυὲς παράδειγμα κάλλους ἀφορῶντες) E vetustiore auctore desumsit. Is est Xenophon, qui eodem sensu Ἀπομν. γ. [c. II.] de Theodota ait : καὶ εἰπόντος ὅτι κρεῖττον εἴη λόγου τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς καὶ ζωγράφους φήσαντος εἰσιέναι πρὸς αὐτὴν ἀπεικασομένους, οἷς ἐκείνην ἐπιδεικνύειν ἑαυτῆς ὅσα καλῶς ἔχει. SCHURTZ. Basilius : ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, ὅταν ἀπὸ εἰκόνων εἰκόνα γράφουσι, πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἑαυτῶν σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα. MERC. Basilii verba, quæ apte adscripsit Mercerus leguntur Epist. II. p. 73 C. Plato Phædr. p. 341 A. θέμενοι ὅρον, εἰς τοῦτο ἀποβλέποντες καὶ ἀναφέροντες τὴν σκέψιν ποιώμεθα. Etc. ABR. Basilium expressit auctor Actorum Junioris Bacchi p. 91. καθάπερ οἱ τὰς μορφὰς ἐντυποῦντες τοῖς χρώμασιν, ἐπειδὰν ἐξ εἰκόνος εἰκόνα δια-

χαράττουσιν, ἀπερισπάστως τῇ ἀρχετύπῳ εἰκόνι ἐνατενίζουσιν, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἀνατυπώσασθαι πονήματα : quæ ultima sunt vitiosa. Forte, τὸν ἐκεῖθεν χαρ. πρὸς τὰ ἑαυτῶν ἀνατυπωσάμενοι πονήματα : vel πρὸς τὰ ἑαυτῶν σπουδάζοντες ἀνατυπώσασθαι πονήματα. Plato Euthyphr. p. 6 E. ταύτην τοίνυν με αὐτὴν δίδαξον τὴν ἰδέαν τίς ποτέ ἐστιν, ἵνα, εἰς ἐκείνην ἀποβλέπων καὶ χρώμενος αὐτῇ παραδείγματι, ὃ μὲν ἂν τοιοῦτον ῇ κτλ. Aristides t. 1. p. 272. de Smyrna: ἐδόκει παράδειγμα κάλλους ἡ πόλις εἶναι. Cicero Orat. non longe ab initio : » prius » in mente insidebat species pulchritudinis eximia quæ» dam, quam intuens, in eaque defixus, ad illius simili» tudinem artem et manum dirigebat. » Eunapius p. 33. Commel. ἔοικεν ὁ θαυμάσιος Ἰάμβλιχος ταυτὸν πεπονθέναι τοῖς γραφικοῖς, οἵ, τοὺς ἐν ὥρᾳ γράφοντες, ὅταν χαρίσασθαί τι παρ' ἑαυτῶν εἰς τὴν γραφὴν βουληθῶσι, τὸ πᾶν εἶδος τῆς ὁμοιώσεως διαφθείρουσιν· ὥστε ἅμα τε τοῦ παραδείγματος ἡμαρτηκέναι καὶ τοῦ κάλλους. BO.

Pag. 6. Εἰκόνα Λαΐδος) Firmat hæc Athenæus qui Deipnos. XIII. [c. 54.] ad eumdem fere modum hæc de Laïde refert : οὕτω δὲ ἦν ἡ Λαῒς καλὴ, ὡς καὶ τοὺς ζωγράφους ἐρχομένους πρὸς αὐτὴν ἀπομιμεῖσθαι τῆς γυναικὸς τοὺς μαστοὺς καὶ τὰ στέρνα. Et Clemens Alex. in Protr. [p. 35 C.] : οἱ ζωγράφοι πάντες τῆς Ἀφροδίτης εἰκόνας πρὸς τὸ κάλλος ἀπεμιμοῦντο Φρύνης. LAMB.

Pag. 6. Ἀπολυποῦνται) Libanius t. 4. p. 1020, 12. τὴν ἀσώματον θεὸν ὑποτυπώσας. Lege ἀποτυπ. BAST.

Pag. 6. Κυδωνιῶντες οἱ μαστοί) Rarissimi exempli locus: i. e. κυδώνια μῆλα μιμοῦντες [!!!]. Plane ut Ep. 3. p. 14. τὸν κυδωνιῶντα τῆς ποθουμένης μασθόν. Hujusce modi papillas vocat Achilles Tat. ἠρέμα προκυπτούσας. Plautus Ps. I. 1. » horridulas »; Ovidius M. VI. » baccan» tes »; et Catullus [?] in Pervigilio Veneris » surgentes »; atque idem alibi [64, 65.] *luctantes*, quod hoc loco maxime conveniet. LAMB. Cf. Lessing. Coll. z. Litt. 1. p. 85, 602. BAST. Polyzoïs addidit αὐτῆς [*post* κυδ.]; sed codicis consensus deest. Mercerius vertit: *sororiantes papillæ*. Κυδων. significat, *cydoniis malis similes*. Vid. Jacobs. Anim. in Anth. Gr. t. 7, p. 102. Primus interpres Francogallicus: *ses tétons pommelans*. BAST. *in Epist. Crit.*—Nicetas Eugen. in Epist. ad Amasiam p. 12. Nostrum expressit: ὅταν οἱ κυδωνιῶντες μαστοὶ τὴν ὀθόνην ἔξω τοῦ ἱμερτοῦ στήθους ἐκβάλωσιν. Ibi nonnulla scripsi videnda, si tanti fuerit; coll. nota ad Nicet. p. 227. Wernsdorfius in Poet. Min. t. 3, p. 400. versionem Merceri *sororiantes* reprehendit, ad locum poetæ incerti, qui *papillas gemipomas* dixit. Marotus: » Dures mamelettes » comme deux *pommettes*. » — Portentoso stupefactus Lambecii barbarismo μιμοῦντες, exorbitabo, notaturus talia activæ formæ barbara verba criticos sæpe imprudenti calamo effundere. Jam ad Eunap. p. 207. Bodenii in Achille Tatio II. 20, 21. pessima tentamina, αἰτιᾷς, κοταμωχᾷς, reprehendi, et p. 246. Carpzovii conjecturam περιεργάζειν. Lucianus Abdic. 21. scripsit, τί τῶν πάλαι αἰτιᾷ; ubi mira est Gesneri versio: » omnium quid ac-

cusat?» imo, » quid *accusas*?» Belinus hic latina Gesneri, non Luciani græca vertit. Καταιτιᾷς Clericus et Schowius Menandro restituere se posse putaverunt, indignante Schæfero Melet. p. 117. Jensius Ferc. p. 13. ἀσπάζειν illustrat quod reperire in Lucianeis Amoribus sibi videbatur. Dorvillius mirum! in Alciphrone I. 33. pro μεμίσησαι, quod ipsi immerito displicebat, μεμώμησαι vel μεμώκησαι passiva admitti posse fere credidit. Eschenbachius hæc Orphei Argon. init. verba, σὺ δέ μοι κλέος ἐσθλὸν ὀπάσσαις, exponens, scripsit inaccuratius, διαδεδομένην φήμην διήγησον. Græculus ad marginem Planudeæ versionis Metamorphoseon, quum Planudes p. 37. bene scripsisset ἀντιμυκᾷ (*remugis*), inepte conjecit, ἴσως ἀντιμυκᾷς. Recentiores illi Græculi hæc activa fingere amant. Nicolaus Hydruntinus ap. Bast. Specim. p. 8. scripsit πετᾷς, quo verbo usus est et Nicephorus Oniroer. p. 17. Auctor Actorum S. Silvestri p. 274. κέκτηκε exhibet; κτήσαιμι Scholiastes Soph. Antig. 187. Cf. Bast. Specim. p. 9; Bernard. ad Nonn. t. 1, p. 30; Schæf. ad Apollon. t. 2, p. 53. Nostri editiones, et codex etiam, puto, exhibent II. 21. τούτων ἅψαιμι, quod non servavi: nam librarius potuit ἅπτειν τινὸς scribere; Aristænetus ille, auctor ætatis eruditæ, elegantium librorum lector et imitator assiduus, nequaquam potuit. Sed ipse, rem miram! imo non miram, sic enim sumus a natura comparati; ipse tam diligens censor aliorum, ἥμαρτον, ὁμολογῶ, et mea egomet vineta cecidi ad Nicetam p. 147. BO.

Pag. 6. Ἐξωθοῦσι) Ut hoc obiter observem, οἱ μαστοὶ

τὴν ἀμπεχόνην ἐξωθοῦσι βιαίως, e poeta sumtum videtur. Namque, si ὠθοῦσι scribas, hexameter exibit: qualia tamen prosaïcis excidunt, qualiaque in ipsis Sacris Literis occurrere ostendit multis Rev. J. J. Einen ad Scripta et de erroribus J. Clerici. DORVILL. *in Vanno* p. 600.— Ex hoc Dorvilli loco frustra inferebat Abreschius virum doctissimum conjecisse ὠθοῦσι reddendum Aristæneto. Ipsa hæc observatio lectionem editam firmat. Nam ἐξωθοῦσι potius quam ὠθοῦσι scripserit Auctor, ut hexametrum corrumperet. Obiter de versibus prosæ orationi intextis a scriptoribus, insciis sæpius, nonnunquam pravo numerorum sensu deceptis, lectorem monebo adeat Marklandum ad Supplices 901, p. 184; Bosium, Staverenium, Heusingerum ad Nepotis proœmium; Dorvillium ad Charit. p. 620; Walkerum, qui se Cæcil. Metellum nuncupare amat, in Classica Valpyi Ephemeride t. 15, p. 181; t. 16, p. 334; t. 17, p. 349; t. 19, p. 328; t. 20, p. 345; t. 21, p. 278; t. 22, p. 171; t. 23, p. 43, 296. Versus in prosaicis italis scriptoribus deprehendit Tassonius ad Petrarchæ initium. Et in nostratibus non desunt exempla. Marmontelius, qui scripsit in *Narratione Morali* cui index est, *Amicitiæ schola*, » Laissez donc la simple »amitié *Doucement amuser le loisir de son âme* », omnino est reprehensione dignus; nam nimia in his est cacozelia, cum ipsa adverbii inversio ipsum de metro admoneret. Vide et Vaugelasii Animadversiones de lingua gallica p. 117. collato Menagio Observat. p. 190; Menagiana t. 1, p. 40, 77, 144; t. 3, p. 382. ubi similia vitia in Molierii

et Ablancurtii oratione notantur; Carpentarium de Ex-cell. ling. gall. p. 684 seq.; Clericum Bibl. Univ. t. 5, 258; Daunovium ad Boilavii Longin. c. 8. Neckera Miscel. t. 2, p. 15: »les vers gâtent l'harmonie de la prose; mais » un hémistiche réussit quelquefois, et tombe agréable» ment pour l'oreille.» BO.

Pag. 6. Οὕτω σύμμετρα—λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιπτυσσομένῳ δοκεῖν) Locus paulo intricatior. Interpres dixit quod voluit, et tamen balbutiit misere.... Vertas » ita vero concinna et delicata sunt Laïdis membra, ut » aquæ instar, flecti videantur ejus ossa una cum amictu; » quare ea (scilicet membra), similiter fere propter tene» tudinem mollescunt, etiam carni et amatoriis ulnis ce» dunt.» Sic sententia perspicua est et bona. Τὸ περιτυπούμενον [edebatur enim τῷ περιτυπουμένῳ] est vestis quæ membris adhæret et membrorum formam accurate exprimit.... *Carni* i. e. corpori sese applicanti... Erunt qui τῇ σαρκὶ de ipsa membrorum carne accipient... Sed propter adjuncta id minus arridet mihi. PAUW. Orvillius ad Charit. p. 299. Sic transfert τὸ περιτυπούμενον: » omni » id quo ossa, ceu materies typo, circumdantur, carne, » veste, amplexibus.» Verba autem τῷ περιτυπουμένῳ in textum irrepserunt ex errore primi editoris. Codex habet τῷ περιπτυσσομένῳ, atque hoc Polyzoïs recipere debebat. BAST. *in Ep. Crit.*—Recepi igitur τῷ περιπτυσσομένῳ, id est, amatori illam ulnis cingenti ac amplexanti, et qui non ossa, sed carnes digitis palpantibus sentit. Hoc verbum adhibet Plato Sympos. § 18, in loco, quem Noster

in mente habuisse videtur, quum hæc scriberet : ὑγρὸς (Amor.) τὸ εἶδος· οὐ γὰρ οἷός τ' ἂν ἦν πάντη περιπτύσσεσθαι... εἰ σκληρὸς ἦν· συμμέτρου δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδέας μέγα τεκμήριον ἡ εὐσχημοσύνη. BO.

Pag. 6. Ὑγροφυῶς λυγίζεσθαι) Varro Papiapapæ, περὶ ἐγκωμίων : » Sigilla in mento impressa Amoris digitulo » Vestigio demonstrant mollitudinem. » Sed hanc mulierum ὑγρότητα non probat ille apud Achill. Tat. παιδεραστής lib. II. [c. 38.] : καὶ οὐ μαλθάσσει τὰς ἐν ἀφροδίτῃ περιπλοκὰς ὑγρότητι σαρκῶν, ἀλλ' ἀντιτυπεῖ [*Cod. Venet.* 409. ἀντιτύπτει] πρὸς ἄλληλα τὰ σώματα καὶ περὶ τῆς ἡδονῆς ἀθλεῖ. MERC. Λυγίζεσθαι et κάμπτεσθαι jungit Heliodorus IX. p. 439. Cf. Acta Soc. Traject. t. 1, p. 239. BAST. Glossa in codice : λυγίζεσθαι· περικάμπτεσθαι. Vocabulum ὑγρὸς, unde ὑγροφυῶς, de rebus usurpari lentis et flexibilibus notum est : cf. Heyn. ad Pind. P. 1, 17; Fischer. ad Anacr. 28, 21; Huschk. Anal. p. 205; et monebo etiam ad Planudeam Metam. versionem lib. 3, p. 96. Callistratus 8. Bacchi statuam describens : οὕτω μὲν ἁπλοῦς ὡς πρὸς σάρκα μεταῤῥυθμίζεσθαι τὸν χαλκόν· οὕτω δὲ ὑγρὸν καὶ κεχαλασμένον ἔχων τὸ σῶμα, ὡς ἐξ ἑτέρας ὕλης, ἀλλὰ μὴ χαλκοῦ πεφυκός. Pro ἁπλοῦς scribo omnino ἁπαλὸς cum codice Regio 1038. Permutationem vocum ἁπλοῦς et ἁπαλὸς attigi ad Gregor. Cor. p. 653. Cf. et ad Philostr. Her. p. 547. BO.

Pag. 6. Συναπομαλ. τῇ σαρκί) Hoc intelligendum est omnino, quidquid dixerit Pauwius, de ossibus quæ cum

ipsa membrorum carne mollescere sub tactu videntur. Aristænetea contulit Klotz. Lect. Venus. p. 188. cum Horatiani Telephi *cereis brachiis*, eodem modo *cerea* interpretans, id est, mollia, ὑγρά. Non abludit Walleri versus: » They prest *The yielding marble* of her snowy » breast. » BO.

Pag. 6. Ἡνίκα δὲ φθέγγεται — σειρῆνες) In Alciphronis ἐρωτικαῖς [1. 38.]: ἀρτίως μὲν οἷον ἐφθέγγετο! οἷον ἔβλεπεν! ὅσαι ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς σειρῆνες ἐνίδρυντο! MERC. Nota σειρῆνες hic pro ipsa facundia et εὐγλωττίᾳ poni eodem modo quo ap. Alciphronem, et Synesium Ep. 139. ἐμέ γέ τοι καὶ παρὼν μὲν ᾕρεις τῇ γλυκείᾳ σειρῆνι τῶν λόγων.... Cetera quæ de Sirenibus poetæ fingunt legito apud Homer. Od. μ. et ejus interpret., tum quoque ap. Strabon. Geogr. I.; Ovid. M. V.; et Tzetz. Chil. I. Hist. 14. LAMB. Libanius Or. X. p. 265 C. Achilles Tat. III. p. 179. [c. 10.] κἂν Σειρήνων τις γένηται πιθανώτερος. Cf. Meurs. ad Lycophr. 1463.; Erasm. in Adagio » Sirenibus ad persua» dendum aptior; » et Interpretes Petronii cap. 127. ABR. Eunap. de Eustathio p. 50. Comm.=29. meæ: τῆς φωνῆς ἐξεκρέμαντο καὶ τῶν λόγων, οὕτω δὴ πολύ τι τῶν μουσικῶν οὐκ ἀπεῖχε σειρήνων: ubi multa indicavi, augenda indicatione Wernsdorfii ad Himer. p. 471, 496; quam in indice Wagneri Eunapiano exstantem tunc prætervidi, quum notas meas scriberem. Adde Furium Bibaculum de Valerio Catone: » Cato grammaticus, Latina *Siren*; » atque Nostrum II. 19; Nicet. Eugen. II. 201; Bergler. ad locum

Alciphronis; Segaar. ad Clem. Alex. p. 392; Wernsdorf. ad Maximian. Eleg. v. 19. BO.

Pag. 6. Στωμύληθρος) Cod. Στωμύλιθρος.

Pag. 6. ἴδοις ἂν—ἐπικαθημένην) Verba, εἴδοις ἂν τὴν Πειθὼ—ἐπικαθ., tam in omnibus editionibus, quam in codice Vindobonensi, quem solum hodie novimus, frustra quæruntur. Polyzoïs Præf. p. xiij. affirmat se vidisse in Græcia alterum Aristæneti codicem, non nisi quatuor tamen Epistolas complectentem. Credere nos oportet hunc esse eum, ex quo phrasin ille hauserit qua editionem suam adauxit. Pro εἴδοις ἂν [lectione Polyzoica] mihi quidem magis placet ἴδοις ἂν, vel εἶδες ἂν [*illud nunc melius.*]: Etc. Alciphron III. 65. καὶ τὴν Πειθὼ τῷ στόματι ἐπικαθῆσθαι εἴποις ἂν: vid. Bergler. I. 38. et Wyttenbach. Epist. Crit. p. 262. BAST. *in Epist. Crit.*—Eunapius: p. 82. Comm.=p. 47. τοσαύτη τις ἀφροδίτη τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθητο: ubi cf. quæ notavi p. 287. BO.

Pag. 6. Τῶν Χαρίτων πάντως ἡ Α. τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο) Sambucus et reliqui πάντων, præter Polyzoem, qui habet πασῶν, Pauwium secutus. Codex, πάντως. BO. Lege πασῶν. Berglerus ad Alciphr. [I. 38.] scribit, τῶν Χ. πάντα ἡ Α. τ. κεστὸν ὑπεζ., quia de formosa dicitur ibi: ἐπ' ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ Πειθώ, ἅπαντα ἐκείνη γε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, ὅλαις ταῖς Χάρισι τὴν Ἀφροδίτην δεξιωσαμένη. Sed ei assentiatur nemo. Longe enim diversissima est loci utriusque indoles: cæcutientes vident. PAUW. Lego πάντως... Vereor enim ut simpliciter admitti possit hoc Hesychii, Πάντων· πάντως.

Alia res est in παντὸς μᾶλλον, παντὸς μάλιστα. Vide S[...]
dam. ABR. Dicitur autem τῆς Κύπριδος καὶ τῶν Χαρί[...]
κεστὸν habere πᾶς τις ἡδὺς καὶ ἐπέραστος, qui quem[...]
facile in sui amorem pellicit. Sumtum est ex Hom. Il. [...]
Quare Eustathius κεστὸν dictum putat ἀπὸ τοῦ κέντ[...]
quod est αἰολικῶς κεντεῖν. LAMB. Leontius Ep. 10. Οὔπ[...]
ἔχεις Λιβάνου, Χαρίτων δέμας, ἤθεα Πειθοῦς, Παρθέν[...]
καὶ Παφίης κεστὸν ὑπὲκ λαγόνων. Nunc hæc Laïs ill[...]
habet rarissimæ elegantiæ, quod Gratiarum cestum ferat, [...]
quas cestum habere non noveram. BO. Pro ὑπεζώσατ[...]
Sambucus edidit ὑπεζώσετο: unde conjicere liceat fuiss[...]
scriptum ὑπέζωστο. ABR. Possis quoque scribere ὑπέ-
ζωστο. Lucianus in Baccho t. 7, p. 307. δράκοντας ὑπε-
ζωσμέναι. t. 4, p. 231. χιτῶνας ποδήρεις ὑπεζωσμέν[...]
BAST. Sed codex ὑπεζώσατο. BO.

* Pag. 6. Μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν) Ex Luciano Dial.
Mer. I. εὐμήκης ἐστὶ καὶ ὀρθὴ, καὶ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν.
WYTT. Illud μειδιᾷν ἐπαγωγὸν est quoque Lucian. VI.
Ἑταιρ. et γλαφυρόν τε καὶ προσαγωγὸν ἐμειδίασε Dial.
Deor. XX. ABR.

Pag. 6. Ὑπὸ πλούτου τῆς εὐπρεπείας) Plato Euthyphr[...]
t. 1, p. 26. τρυφᾷς ὑπὸ πλούτου τῆς σοφίας. Cf. de Rhoer[...]
Fer. Dav. p. 159. BAST. Multis hanc locutionem illu[s-]
travi ad Athenæum t. 8, p. 406: cf. et ad Manassis Frag-
menta p. 418. et ad Cratetis Epist. p. 34. in Notit. Ma-
nuscr. t. XI. Manasses Chron. p. 79 C. πᾶσαν πλουτῶ[...]
οἰόμενος τὴν ἐν ἀνθρώποις γνῶσιν. Claudianus Cons. Mall[...]

heod. 21. » Mox undare foro victrix *opulentia* linguæ, Tutarique reos : » ubi Barth. BO.

Pag. 6. Οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος ἐν ἐλ. μωμήσαιτο) Lege μωμήσαιτο, ut in Epist. 12. MERC. Nam editio Sambuci præert μιμήσαιτο. In codice quidem est μιμήσαιτο, sed suprascriptum recte, ω. BO. Facilis est Merceri conjectura, et me probabilis. Salmasius tamen mavult, μέμψαιτο. Sic nim Plato, cujus simia est, Polit. γ. οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος τόγε οιούτου μέμψαιτο. SCHURTZ. Lege μωμήσαιτο. Lucianus le Hist. Conscr. 33. ὃ οὐδεὶς ἂν, ἀλλ' οὐδ' ὁ Μῶμος, μωμήσασθαι δύναιτο. BAST. Huic consimile est illud Veneris apud Lucian. Deorum Jud. [D. D. xx. 2.] : ἐγὼ μὲν, ὦ Ζεῦ, εἰ καὶ τὸν Μῶμον αὐτὸν ἐπιστήσειας ἡμῖν δικαστὴν, θαῤῥοῦσα βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐπίδειξιν· τί γὰρ ἂν καὶ μωμήσαιτό μου ; Photius Bibl. de Phrynicho [*cod.* 158] ; Damasc. in vita Isidori ap. Phot. ; Callimachus ap. Hesych. Illustr. in Diodoro : αὐτὸς ὁ Μῶμος ἔγραφεν ἐν τοίχοις· » ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός. » LAMB. Recipienda erat conjectura Merceri, quam et amplexus est Burdelot. ad Luc. Hist. Scrib. 33., locis Lucianeis et cod. firmata. Constantius Patricius in Epist. ad Gabrielem Severum in Lamii Del. Erud. t. 12, p. 35. de insula Chio : τοσοῦτον δὲ τὰ τῆς πολιτείας κεκόσμηται, ὥστε καὶ τὸν Μῶμον αὐτὸν, εἴπως αὐτῇ δικαστὴν ἐπιστήσειεν, οὐδαμῇ ταύτην μωμήσαιτο : Lege εἴπως αὐτῇ δ. ἐπιστήσειεν, οὐδαμῇ ταύτην μωμήσασθαι, ni scriptori recentissimo stribligo sua relinquenda sit Libanius t. 1, pag. 532, 12. ὁ μόνος ἐν ἀνθρώποις ἄμεμπτος, ὁ τὸν Μῶμον νενικηκώς. Nicetas

Eugen. II. 287. Συμμαρτυρεῖ καὶ Μῶμος αὐτός : ubi multa notavi. Cf. et quæ scripsi ibid. p. 365. Melanchton in Eunuchum Terentianam προλογίζων, ait hanc comœdiam ceteras vincere » Sermonis elegantia et facetiis, vel ipsas » quas *Momus* miretur ac probet. » BO.

Pag. 6. Ἀλλὰ πόθεν ἄρα) Ante erat ἆρα, male. BO. Ita [ἆρα *nempe*] codex et omnes editiones. Attamen scribendum est πόθεν ἄρα. Vid. Hermann. ad Viger. p. 799. Etc. BAST. *in Ep. Crit.*

Pag. 6. Ἥρας, Ἀθηνᾶς) καὶ Ἀθηνᾶς, Tollius. ABR. Cui bono? Vulgatam tuetur Bast. Spec. p. 28. ex usu auctoris. Cf. mox ad 1. 2. BO.

Pag. 6. Ἠγωνίσατο παρ' ἐμοί) Hoc est ἐμοῦ δικάζοντος. Liban. de Saltat. t. 3, p. 362. τοῦ παλαιοῦ βουκόλου παρ' ᾧ περὶ τοῦ κάλλους ἐκρίθησαν αἱ θεαί. Lucian. t. 2, p. 254. ἐκράτησέ σου, καὶ ταῦτα παρὰ Τρωσὶν δικασταῖς : alii codd. ἐπὶ Τρ. Julianus Ep. 24. p. 396. ὑπό σοι κριτῇ. Vid. Valcken. ad Hippol. p. 186, 1 C.; p. 199, 1 A. BAST.

Pag. 6. Ψῆφον αὐτῇ δίκης) Conjeci νίκης. WYTT. Eamdem permutationem habes ap. Heliod. IX. p. 418. Bourd. et lib. 1, p. 26. Vid. Hemsterh. ad Luc. t. 2, p. 315. Bip. Vulgata foret, τὴν δικαίαν ψῆφον. BAST. Hanc permutationem ostendi et ap. Hadrianum in Notis ad Holsten. p. 88. Sed δίκης bonum videtur, eo sensu quo cepit Bastius. Opportune Lambecius, inter inutilia multa et futilia de judicio Paridis et pomo, et judicum calculis, adduxit

Theophyl. Sim. Ep. 78. αὐτή μοι δίκαζε καὶ τῷ Ἔρωτι καὶ δίδου μοι ψῆφον φιλανθρωπίας. BO.

Pag. 6. Πεφιλοτετίμηται) Glossa cod. μεγαλοδεδώρηται. Manasses in Chron. p. 109 C. sensu passivo : Δέκα γὰρ ἐνιαυτοὶ ζωῆς καὶ βασιλείας Παρὰ τῆς ἄνωθεν χειρὸς πεφιλοτίμηνταί σοι. Vide infra not. ad I. 10. init. BO.

Pag. 6. Προσβλέποντες) Conjectura est Merceri pro προβλέποντες, Sambuci lectione et codicis. Pauwius et ceteri προσβλ., recte. Quid frequentius permutatione præpositionum πρὸς et πρό? Cf. Peerlk. ad Xenocch. Ephes. p. 179. BO.

Pag. 6. Σὺν θαύμασι) Polyzois dat σὺν θαύματι : (*quæ lectio*) vulgato melior videtur textu. Θαύματα (numerus pluralis) propria vox est pro latina *præstigiæ circulatorum*. Vid. Ruhnk. in Tim. p. 140. et Toup. ad Hesych. t. 4, p. 310. BAST. *in Ep. Crit.*

Pag. 6. Ἀπίτω φθόνος) Plena exemplorum omnia avertentium invidiam ac fascinum, ubi quid magnum, præcipue ubi elata verbis ac laudibus humanitas, quod nunquam Veteres nisi invocata pace Adrasteæ; et, si præteriretur, ulcisci eam credidere. Notus est insignis locus in Rheso Euripidis [342.] : Ἀδράστεια παῖ Διὸς, Εἴργοις στομάτων φθόνον : et in eadem fabula [458.], σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω. Pro quo dicebant etiam, ὡς σὺν θεῷ εἰπεῖν, quod in Platone verterunt male. Nam Nemesis et Adrastea nihil aliud quam deus ultor superborum, et ex-

pressit recte quicumque ille auctor Panegyrici ad Pisones [238.]: » Si tamen huic de se cuiquam promittere fas » est, Et deus ultor abest : » id est Nemesis. Mutavere [Legitur nempe, *deus auctor*] qui non intelligebant. Notum *præficiscini* Veterum ex eodem more, et quæ ad Virgilii octavam Ecl. observata alia. MERC. Quæ sub finem de Adrastea et Nemesi Mercerus monet, indicari nempe ejus nomine deum ultorem superborum, id pluribus in medium productis exemplis Salmasius firmavit. Seneca [*Herc. F.* II. 385.]: » Ultor nocentes sequitur a tergo » Deus. » Tibullus [I. 8, 72.]: » Nescius ultorem post » caput esse deum. » Ovidius M. XIII, [ ]: » Quam » jam deus ultor agebat. » *Deus ultor* ubique Nemesis, *vehemens* illa *dea*, ut Catullo [50, 21.] vocatur, » quæ » contra superbiam colitur, » quod Macrob. Sat. I. 15. ait, et quam Latini latina voce appellare nequeunt. Possunt ad latius explicanda Salmasii dicta adjici quæ J. B. Pius Adnot. Post. c. 70. observavit. Ceterum Veteres, pergit Salmasius, quoties magna, de se præsertim, vel loquebantur vel sentiebant, Nemesin et fascinum deprecatos esse probat Plato, qui in Alcibiade (1), ὡς σὺν θεῷ εἰπεῖν, et, eadem forma, μετὰ θεοῦ μέντοι usurpat, ut Latini, *Dî meliora*, *præficiscini dixerim*, et similia.

(1) Esse hanc formulam in Alcibiade non nego, sed non memini. Reperitur in Theæteto § 22. ubi Heindorf. videndus. Sequens sententia revera est in Alcib. Primo § 5. Locum Jureti infra indicatum frustra quæsivi, ni innuerit notam ad Symm. III, 44. ubi de initio dicendi agitur a precationibus capto. BO.

sexcenta. Junge Salmasio quæ de his locutionibus edissertarunt Plauti et Virgilii interpretes; Fr. Juret. ad Symm. III. Ep. II; Ant. Muret. V. L. IX. 3; Adr. Turneb. Advers. IX. 28; Th. Dempster. ad Rosini lib. X. 29; et J. F. Gronov. ad Stat. Anim. c. 19. SCHURTZ. Veterum superstitionem hic tangit, qui credebant nimiam prosperitatem ab invidia fascinari: quare receptum erat, ut in laude sui vel alius hujusce modi formulas adderent. Notum est illud Latinum, *præfiscini*, de quo Titinius ap. Scalig. in Conj. ad Varron. » Paula mea, amabo, pol tu ad lau- » dem addito præfiscini, Ne puella fascinetur. » Neque formulis tantum, sed et præterea aliis quibusdam superstitiosis ritubus ad arcendum fascinum utebantur: qualis est Damœtæ ille mos ap. Theocr. Id. 6. qui formæ suæ fascinum timens ter sibi in sinum expuit; ubi vetus interpres notat suo etiam tempore id solitas facere mulieres, nimirum sinui suo inspuere τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπομένας. Huic affine est infantibus, ne fascinarentur, die lustrico salivam ad labra et frontem solitam admoveri, de quo more Persius Sat. II. [31.] » : Ecce avia, aut metuens » divum matertera, cunis Exemit puerum, frontemque » atque uda labella Infami digito et lustralibus ante salivis » Expiat, urentes oculos inhibere perita: » ubi vide Casaub. Nec illud prætereundum, quod ap. Varron. VI. de L. L. [*p.* 99. *Bip.*] exstat, pueris ad depellendam fascinationem turpiculam quamdam rem pro amuleto e collo suspendi solitam. At quod inibi per turpiculam rem istam intelligitur docet Cæl. Rhodig. Lectt. Antiq. II. c. 38.,

nempe membrum virile. Pollux Lib. VII. [§ 108.] docet solitos olim fabros ferrarios ante fornaculam invidiæ avertendæ gratia hoc membrum suspendere [*verba Pollucis hæc sunt : γελοῖά τινα καταρτᾷν ἢ ἐπιπλάττειν.*], quod et pro foribus et hortis factum legimus. Etc. LAMB. Vide hanc in rem Barth. ad Stat. II. Theb. 70. ABR. Adde Mercer. ad Epist. 19 init. Clytæmnestra in Æschyli Agam. 913. φθόνος δ' ἀπέστω. BO.

Pag. 6. Βασκανία) Τὸ βασκαίνειν, inquit Etym. M. auctor, dictum est quasi φασκαίνειν, i. e. φάεσι καίνειν, ἤγουν διαφθείρειν διὰ τοῦ βλέμματος τὸ ὁραθέν. Unde Virg. Ecl. 3. »Nescio quis teneros *oculus* mihi *fascinat* agnos.» Et Horat. I. Ep. 14. »Non istic *obliquo oculo* mea com» moda quisquam Limat :» ubi *obliquus oculus* est qui ap. Heliod. III. 8. dicitur βάσκανος ὀφθαλμός : locus dignus qui legatur. LAMB. In his non pauca descripsit e Stephani Thesauro Lambecius. Vide et quæ monui ad Nicet. Eugen. pag. 319. BO.

Pag. 6. Τοσοῦτον αὐτῇ περίεστιν εὐπρεπείας) Codex, ut editiones ante Abreschianam, τ. α. περ ἔστιν εὐπρέπεια. Mercerus conjecerat αὐτῇ πάρεστιν εὐπρεπείας. Abrech. edidit περίεστιν εὐπρεπείας : bene. BO. Lego, περίεστιν εὐπρεπείας. Aristid. t. 3, p. 406. τοσοῦτον τῆς ἀγαθῆς τύχης αὐτῷ περίεστι : p. 320. τοσοῦτον.... Θεμιστοκλεῖ περιῆν τοῦ διακονεῖν. Ælian. II. H. V. cap. 13. extr.; Xiphil. in Aug. p. 183 ult.; Lucian. Charid. c. 19. Quod dedimus postulat sensus, et præcedens τρυφῶσαν ὑπὸ

πλούτου τῆς εὐπρεπείας. ABR. Vere. Similis error reperitur I. 10. ubi cod. περχορεύει pro περιχορεύει. Lucian. Eun. t. 5, p. 210. εἴ περ ἦν, et εἰ περιῆν. Aristid. t. 1, p. 450. ἐκείνοις δ' ὠμότητος περίεστιν. Philostr. Icon. II. 15. p. 833. Ibid. c. 33. p. 858. τοσοῦτον αὐτῷ περιεῖναι τῆς τέχνης. BAST. Hunc usum τοῦ περίεστι pluribus illustravi ad Philostr. Her. p. 304. Abreschii in Nostri loco Crisin. laudat Wyttenb. ad Julian. p. 54. BO.

Pag. 9. Ἀγλαΐζειν τὰς κόρας) Jo. Chrysost. Spur. t. 8, p. 290 E. θεάμασιν ἀσέμνοις τὰς κόρας τέρψωσιν. BAST.

Pag. 9. Εὖ μάλα) Nihil tritius. Timarion c. 17. γηραλέος τις οὐ μάλα καθειμένος τὸν πώγωνα. Rescribendum puto, εὖ μάλα καθ. Profecto οὐ μάλα aptissime jungi possunt; sed hic, cum agatur de sene, malim esse de more εὖ μάλα καθειμένον τὸν πώγωνα. Syllabæ illæ οὐ et εὖ facile sunt permutabiles. In Isæi Oratione de Meneclis hæred. § 7. pro τοῦ φάσκοντος εὖ φρονεῖν, res postulare videtur οὐ φρον., quæ mutatio apte facta fuit § 5. Editiones Dionysii Hal. Cens. c. 5. § 1. exhibent οὐχ ὅλον, quod verissime Reiskius mutandum conjecit in εὔκολον: loco inspecto, nemo dubitare poterit. BO.

Pag. 9. Οἱ παρ' Ὁμήρῳ δημογέροντες) Sambuciana, παρ' Ὁμήρου. Merceri conjecturam παρ' Ὁμήρῳ demum recepit Abreschius, quam omnino firmat codex. Sextus Empir. p. 288. hoc ipso Homeri loco usus: οἱ γοῦν παρὰ τῷ Ποιητῇ δημογέροντες.... Homerus enim Il. 3. 149. Εἴατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι Πύλῃσι. Cf. Dorvill. ad

Charit. p. 481. BO. Apud Libanium t. 4, p. 945. παρ' Ὁμήρου rectius quam παρ' Ὁμήρῳ. BAST.

Pag. 9. Εἴθε—ἢ ταύτην εὐτυχήσαμεν) Pauwius, imprudens forsan, dedit εὐτυχήσαιμεν. Polyzoïs, vel potius ejus typotheta, edidit εἴ ταύτην. BO. Liban. t. 4, p. 587, 1. εἴθε—ἠκούσαμεν. BAST. Verbum εὐτυχεῖν cum accusativo junctum illustrat Dorv. ad Char. p. 541; et ipse notavi ad Nicet. Eugen. pag. 311. Loca Nostri, quæ sunt non pauca, in Indice sistentur. BO. Senectutis proprium τὸ εἴθε, ut cui convenit illud in Spartanorum τριχορίᾳ decantatum, ἄμμες ποτ' ἦμεν: maxime tamen quod ad venerem. Unde Ovid. A. I. 9. » Quæ bello est habilis, » veneri quoque convenit ætas; Turpe senex miles, turpe » senilis amor. » Et Secundus philosophus ἐν Γνώμαις: Τί ἐστι γῆρας; Πλήρωσις ἡμερῶν· ὑγιαίνουσα νόσος· ζῶν θάνατος· ἄτονος φρόνησις· ἔμπνους νεκρός· ἀφροδίτης ἀλλότριον. LAMB. Secundi locum e vulgato libro excerpsit Lambecius; hunc proferam e codice Regio 2991 A, non sine varietate: τί ἐστι γῆρας; Εὐκταῖον κακὸν, ὑγιαίνουσα νόσος, ζῶν θάνατος, προσδοκωμένη μοῖρα, πολυχρόνιον γέλασμα, ἄπονος φρόνησις, ἔμπνους νεκρὸς, ἀφροδίτης ἀλλότριος, θάνατος προσδοκώμενος. BO.

Pag. 9. Οὐ νέμεσις) Ex illis Homeri [Il. 3. 156.]: Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς Τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ πολὺν χρόνον ἄλγεα πασχειν· Αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεῇς εἰς ὦπα ἔοικεν. MERC. Quem locum Quintilianus VIII. c. 4. ita vertit: » non putant indignum Trojani principes

» Graios Trojanosque propter Helenæ speciem tot mala » tanto temporis spatio sustinere. » LAMB. Cf. notata ad Nicet. Eugen. p. 549. BO.

Pag. 9. Εἶναι διὰ στόματος) Sic Ennius : » volito vivus » per ora virum. » Et Persius S. I. » an erit qui velle re- » cuset Os populi meruisse ? » Theocr. Id. 12. Ἡ σὴ νῦν φιλότης καὶ τοῦ χαρίεντος ἀΐτεω Πᾶσι διὰ στόματος. Simile huic ἀνὰ στόμα ἔχειν. Parthen. c. 23. ὥστε πάντας ἀνὰ στόμα ἔχειν τὴν ὁμιλίαν αὐτῶν. LAMB. Lucianus Pro lapsu 6. τὸ γνωριμώτατον ἐκεῖνο καὶ πᾶσι διὰ στόματος. Gelasius Hist. Conc. Niceni p. 3. διὰ στόματος φέρειν : ubi Balfor. Vide et Reitz. ad Luc. Apol. 3. Multa notavi ad Eunap. p. 253, 287, 685. de hac formula et de aliis, ἐπὶ στόματος, ἀνὰ στόμα, ἐν στόματι, διὰ γλώττης, φέρειν, ἄγειν. Ovidius M. VII. 708. » Procris mihi semper *in ore* ; » quæ Planudes nondum editus, mox edendus, sic vertit : Πρόκρις ἀεί μοι ἐν στόματι. Livius IX. 10. » Postu- » mius in ore erat. » Cf. ad I.26. Inutilem patet fuisse editorum Plutarchi curam qui in Fabii Vita 26. pro πάντων ἐχόντων τὸν Σκηπίωνα διὰ στόματος, maluerunt variantem πάντ. ἐχ. τ. Σκ. ἐπὶ στόματος. BO.

Pag. 9. Ἔνθα κωφοὶ διανεύουσιν....) Verba sunt Alciphronis in Epist. nondum edita ap. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 135 [*nunc in Wagneriana* t. 2, p. 222.]. Lucianus 3. ἑταιρ. : διένευσα αὐτῷ οἷα ποιεῖ. ABR. Lucian. Adv. ind. § 23. τὰ δὲ σὰ οὕτω περιφανῆ ἐστιν, ὡς καὶ τυφλοῖς εἶναι καὶ κωφοῖς γνώριμα. BAST. Exempla

hujus verbi e Basilio excitavit Bastius in Specimine Aristæneteo, p. 36. BO.

Pag. 9. Οὐκ ἔχω ὅ, τι λέγω οὐδ' ὅπως παύσομαι) Abresch. bene scripsit ὅ, τι pro ὅτι, et sic ipse volui, sed imprudens ὅτι reliqui, quod corrigat lector rogo. Plato Apol. t. 1. Bip. p. 47. οὐχ ἔχω ὅ, τι λέγω. Mox Editiones παύωμαι: sed codex παύσομαι, quod fuit reponendum. Quid causæ fuerit cur Sambucus παύωμαι legeret, explicat Bastius Comm. Palæograph. p. 799. e forma simili syllabarum ω et σο. Ceterum παύωμαι non erat importunum· Plato Euthyphr. t. 1, p. 24. οὐκ ἔχω ἔγωγε ὅπως σοι εἴπω ὃ νοῶ. Dio. Cass. XXXIV, p. 11. οὐχ ἔχω πῶς κατ' ἀξίαν ἡσθῶ τοῖς παροῦσιν. Sophocl. Aj. 428. οὐδ' ὅπως ἐῶ λέγειν ἔχω. BO.

Pag. 9. Ἓν μέγιστον) Lucian. t. 1, p. 196. ἓν τὸ μακρότατον. Epigr. Incert. XI. Anal. ἓν, τὸ ποθεινόταἶον, παιδὶ φίλημα διδούς. BAST.

Pag. 9. Ἧς δι' ἔρωτα πολλὴν οἶδα καὶ νῦν—εἰπών) Vid. Casaub. Anim. in Ath. lib. XV. extr. ABR. Liban. t. 4, p. 442. τοὺς μὴ ταῦτα φρονοῦντας περὶ τὴν ἄνθρωπον (Λαΐδα), ἧς τοὔνομα πολλάκις λέγειν ὀκνῶ. BAST. Locus videtur leviter corruptus, et quæ adferunt viri doctissimi nihil ad rem faciunt. Emendatiunculam proposui ad Nicet. 1, 53. πάλαι οἶδα καὶ νῦν. Merceri tertia, » iteravi » nunc » pro » sensi me iterasse. » De syntaxi οἶδα εἰπὼν nihil monebo, adeo est vulgatissima, et affatim monuit Abresch. ad Epist. 4. Restitui eam velim Libanio Epist.

B. sic edito : εὖ ἴσθι τοίνυν, ἔφη, τὰ δυσμενοῦς ποιεῖν, ικανῦς τὴν ἐπιστολήν : sed Codex Regius 3002, melius οιῶν. BO.

EPISTOLA II.

Pag. 9. Παρθένοι....) Cod. π. νεανισκω ἐφαμιλλω προσοῦσαι. Secunda manus superscripsit ου, ut fiat νεανίσκου φαμίλλου : præterea ad marginem posuit : γρ. νεανίσκος φαμίλλῳ. Sambucus : π. νεανίσκω ἐφαμίλλω. Mercerus onjecit νεανίσκον ἐφαμίλλως, quod recepit Abresch., et, ost Abreschium, Polyzoïs. Abreschius tamen fere mabat, π. νεανίσκῳ ἐφαμίλλως προσθέουσαι. Conjicit Reikius, νεανίσκῳ ἐφαμίλλως προσφῦσαι : pessime. BO.

Pag. 9. Τῇ προτεραίᾳ) Glossa in cod. τῇ παρελθούσῃ. Mox in codice ἐμοὶ scriptum est super μοι, a secunda manu. BO.

Pag. 9. Στενωπόν) Στενωποὶ, inquit Eustathius in μ' Odyss. [234.], εἰσὶ πόλεων αἱ στεναὶ ἄμφοδοι, ἔνθα δηλάδη ποστενοῦνται ὦπες αἱ τῶν βλεπόντων διὰ τὰ ἔνθεν καὶ ἔθεν οἰκοδομήματα ἢ ἄλλως ἐξαναστήματα. Gl. Vet. στενωπὸς, *angustiportum*, *angiportus*, *angulus*. Notum ulgata scorta maxime in angiportis stetisse. LAMB. Sed st quoque στενωπὸς, teste Hesychio, ἀγυιὰ καὶ πλατεῖα αὶ ἄμφοδος. Non est igitur nimis urgenda Etymologica tio. Glossa in codice : στενωπόν· ῥύμην. BO.

Pag. 9. Ἀναβλέπουσαι χάριν ἔρωτος) Non me extrico nisi legas, χαριέντως μειδ., aut ἀναβλ. χάριν, ἔρωτι μειδιῶσαι, quasi sit, *gratiose respicientes, amanter ridentes.* Quod tamen sine exemplo, nec placet. MERC. Hæc nihili sunt, et Mercerus infeliciter tentat. Legendum suspicor, δύο κ. πρ. ἀναβλύουσαι χάριν ἔρωτος μειδιῶσαι: » duæ puellæ accedebant copiose emittentes amoris gratiam risu. » Etc. PAUW. Mercerus ingeniose profecto; ego tamen, unica duntaxat mutata litera, scribendum existimo, ἀναβλ. χάριν, ἔρωτας μειδιῶσαι. Etc. LAMB. Et hoc ipsum proposuit Mercerus. BO. Tollius: ἀναβλ. χάριν, ἔρωτα μειδιῶσαι. Legendum conjicit Cl. Valcken., ἅμα βλέπουσαι καὶ χαριέντως μειδιῶσαι: « simul ac me » viderunt, dulce ridentes. » Scripserat forsan Auctor, ἀναβλ. χαριέντως, ἐρωτικῶς μειδιῶσαι. Infra II. 5. τοῦ νέου χαριέντως ἀτενίζοντος εἰς ἐμέ. Sed et χάριν forte subsistat, modo dictum intelligatur ad instar ἀναβλέπειν φλόγα et similium: vide Anim. ad Æschylum I. p. 75. Philonis est p. 125 C. λιμὸν ὑπ᾽ ἀσιτίας ἐμβλέπειν: et p. 213 A. σύνεσιν καὶ φρόνησιν αὐτήν. ABR. Goens. ad Porphyr. A. N. p. 87. legit ἀντιβλέπουσαι. Si quid mutandum, malim ἀναβλ. χάριεν, ἐρωτικὸν μειδ. Nicephorus in Allatii Exc. p. 213. χάριν ὑποπνέει καὶ ὅλον ἐρωτικόν. Servandum ἀναβλέπουσαι. Xenoph. Ephes. II. ab init. ἀναβλέψας ἀτενὲς εἰς τὸν Λεύκωνα. BAST. Recte habet χάριν ἔρωτος, *amoris causa*, vel *amatorie*. HUET. » Χάριν » interpreter ἕνεκα, *ut amarentur a juvene;* quod et » amico placuisse scio: » verba sunt Dorvillii ad Char.

. 513. Equidem intelligo ἀναβλέπ. χάριν ἔρωτος, eo modo quo voluit Abreschius, quemque voluit Mercerus, et Tollius, et Lambecius. Hic quidem exempla contulit Pherecratis Athenæi XV. μολοχὰς ἑσορῶν, ῥόδα προσσεσηρὼς, atque Aristophanis, πυῤῥίχην, ναύφρακτον, ἄρη βλέπειν [*Plut.* 328]: Addam Theophylactum Simoc. Q. Phys. p. 11. ἐπιγελᾷ γαλήνην ἡ θάλαττα. Et forsan Bastius ad hunc sensum inclinabat: nam adscripsit Abreschianis: » Ex Philone adde, θάρσος μετὰ ἀναισχυντίας ἐμβλέπουσα, » de Merc. Mer. ab init. Æschylus Theb. 500. βλέπειν » φόνον: ibi Glossa interpretatur, φοβερόν. Pindar. Ol. IX, » 165. ὁρᾷν ἀλκάν: ubi vide Gedik. Huc maxime facit » locus Eurip. Ion. 1264. de dracone qui ipso obtutu ne» care videtur: πυρὸς Δράκοντ' ἀναβλέποντα φοινίαν » φλόγα. » Nihil inveniri melius potest hac interpretatione. De his locutionibns adde Valcken. Adnot. in N. F. pag. 344, Pricæus ad Apul. Apol. p. 12. Mercerianam rationem probare videtur. BO.

Pag. 9. Μειδιῶσαι) Polyzoïs scripsit καὶ μειδιῶσαι, hoc ἀσύνδετον, puto, non concoquens. Sed Epist. I. habuimus, Ἥρας, Ἀθηνᾶς: mox erit, εὑροῦσαι λαβοῦσαι. I. 26. Πολύμνιαν, Ἀφροδίτην: ubi Bast. Specim. p. 28. Et sic sæpissime apud omnes. Exempla dabit Dorvillius ad Char. l. c. BO.

Pag. 9. Μόνῳ) Correctio est necessaria Merceri. Cod., ut editiones ante Abreschianam, μόναι. BO.

Pag. 9. Αἱ μείρακες ἁμιλλώμεναι) Glossa codicis, αἱ

νεώτεραι φιλονεικοῦσαι. Vocem μεῖραξ de femina abu illustrat Græv. ad Luciani Pseudosoph. § 5. Cf. quæ n tavi ad Eunap. p. 291. BO.

Pag. 9. Ἦθος) Glossa codicis, τρόπον. BO.

Pag. 9. Οὐ πεπλασμένον) i. e. ἄπλαστον, ἀληθινὸν, ἄδολον. Frequens hoc apud Clementem. Gloss. Vet. Πε πλασμένος, *fictus*, *falsus*. Etc. LAMB.

Pag. 9. Προσᾴδων μέλη) Ut προσαυλεῖν μέλος, Aristoph. Eccles. 887. προσᾴδειν τραγῳδίαν in Equit. 400. Noster Ep. 27. παράμενε προσᾴδων: et II. 19. παρίστω πάλιν προσᾴδων. Etc. ABR.

Pag. 9. Ἧς ἐρωτ.) In codice secunda manus δι' ἧς. BO.

Pag. 10. Ἐμπέπληκας) Philostr. Her. p. 266. ἐπεὶ τῶν ἡρωϊκῶν ἡμᾶς λόγων ἐμπέπληκας. BO.

Pag. 10. Ἕνεκε) Sic Sambucus. E codice nihil notavit Bastius. Mercerus conjecerat ἕνεκα, quod receperunt Abreschius et Polyzoïs. Drakenborck. ad Thom. Mag. p. 307 hoc loco usus, dixit » controversia non carere. » BO.

Pag. 10. Ζηλοτυποῦμεν) Displicebat hoc verbum Thomæ Mag. quem vide in Ζηλῶ. BO.

Pag. 10. Πλήν) Glossa codicis, ὅμως. Codex hic et infra, οὐδ' ἑτέραν. BO.

Pag. 10. Ἀπόθεσθε τὴν ἔριν) Hunc sensum verbi illustrat Kuin. ad Cydon. c. 14. not. 28. Planudes ineditus, sed nunc prela exercens regia, Ovidiana M. III, 634; V,

16. » *Pone* metum, » vertit, illic, ἀπόθου τὸν φόβον, ic, τὸ δέος ἀπόθου: rursus verba hæc e libro XIV, 761. O mea, lentos, *Pone*, precor, fastus, » sic reddidit, καὶ b, Νύμφη ἐμὴ, ἀπόθου τὴν νώθραν ὑπεροψίαν, ἀντιβολῶ: t IX, 276. ista, » questus ubi *ponat* aniles, » sic græca cit, ὅπου τὰς γηραλέας ἂν ἀποτίθειτο λύπας: illa etiam lia III, 471. » Nec mihi mors gravis est *posituro* morte dolores, » ita apud eum sonant, οὐδαμῶς μοι βαρὺς ὁ θάνατος ἀποθησομένῳ τὰς ὀδύνας ἐν τούτῳ. Poeta ibid. V. 361. de Plutone Siciliæ fundamina circumspiciente, ne forte Typhonis motibus disjicerentur: » Postquam exploratum satis est loca nulla labare, Depositique metus... » bene Planudes, ἐπεὶ δ' ἅλις κατεσκόπησε μηδένα χαλασπώμενον τόπον, καὶ τὸν φόβον ἀπέθετο: non ita bene nuperus editor ut simpliciorem et veriorem commendavit lectionem, *depositoque metu*, quæ nec simplicior est nec vera. BO.

Pag. 10. Ἔριν—ζυγομαχίας) Illustrationem vocis ζυγομ. quære in notis Ruhnken. ad Tim. p. 130. et interpretum Thomæ Mag. Gregorius Presb. in Vita Gregorii Naz. p. 30 A. πρὸς ἀλλήλους ἐζυγομάχουν ἐπίσκοποι. Themistius Or. 23. p. 292 C. ζυγομαχεῖ τοῖς ταμίαις. Synesius de Prov. p. 93 A. ὁ δὲ ἐζυγομάχει πρὸς τοὺς ἐπὶ τῶν λογισμῶν. Demosthenes in Bœot. de nom. t. IV, p. 97. Libanius t. IV, p. 571, 7. οὐδ' εἰς ἔριν ἦλθον αὐτῷ περὶ τούτων, οὐδ'. ἐζυγομάχουν. BO.

Pag. 10. Ἐκ γειτόνων) Cf. not. ad Epist. 19. lib. I. extr.

Pag. 10. Ψεύδη) Sic recte Merceriana quarta; secu[nda]
[*et tertia*] ut Sambucus, ψεύδη. ABR. Pauwiana quoq[ue]
ψεύδη, recte: sed Polyzoïs revocavit ψεύδη, quod et po[s]set defendi. BO.

Pag. 10. ὄμοσον) Sambucus, ὄμοι. Recepit Polyzoïs correctionem Mercierii, ὄμνυ. ὄμνυ forma est Atticis vald[e] consueta. Sed vox ὄμνυ a codice abest. Hicce non habe[t] ὄμοι, quemadmodum legit Sambucus, sed ὄμοιον, quo i[n] ὄμοσον ducimur. Longus II. p. 63. Vill. σὺ δέ μοι τὸ αἰπό[λ]λιον τοῦτο ὄμοσον κτλ. Charit. III. 2. p. 58. ὄμοσόν μοι, φησὶν, τὴν θάλασσαν. Lucian. Vol. II. p. 556. ὄμοσον, ἔφη, ἦ μὴν φυλάξαι τὰς συνθήκας. BAST. *in Ep. Crit.*— Pauwius ὄμοι servavit religiosius. Abresch. recepit ὄμνυ e conjectura Merceri, cogitans tamen et de ὄμνυθι. Bastian[a] ratio potior merito videbatur. BO.

Pag. 10. Πρὸς ἀνάγκης) Heliod. I. p. 66. πρὸς ἀνάγκη[ς] τὸν παρόντα βίον ἑλόμενος. Et Noster I, 13. Cf. Dorvill. ad Char. p. 553 [p. 538 *Lips.*]. In Platonis Phædro t. 10, p. 299. legitur μηδαμῶς πρὸς βίαν: at cod. Vindob. 54 corrigit πρὸς βίας. Brunck. in Aristophane semper edidi[t] πρὸς βίαν: Lys. 163. Acharn. 73. Ran. 1457. ubi vid[e] quæ de præpos. πρὸς vario usu cum accusativo disserit vir doctus. BAST. Illud πρὸς ἀνάγκης dictum ut πρὸς δίκης in Soph. El. 1317 (1215): pro quibus crebriori usu frequentari solent casu quarto πρὸς ἀνάγκην, πρὸς δίκην, sicuti πρὸς ὀργὴν, φιλίαν, et similia. ABR. *in Lect.* p. 78.

Pag. 10. Βοῶν ὡς· εἰ μὴ θ.) Sic puto me aptissime di-

inxisse hunc locum. Editiones βοῶν· ὡς εἰ—Conjunctio τι post βοῶν neminem fefellisset : ὡς idem prorsus valet, t miror ad rem tritissimam potuisse viros doctos hærere. oannes Monachus in Historia Barlaami p. 13, 1. cod. Regii 903. εἷς δὲ τῶν ἀστρολόγων, ὁ τῶν σὺν αὐτῷ πάντων διαφορώτατος, εἶπεν ὡς. » Ἐξ ὧν με διδάσκουσιν οἱ τῶν » ἀστέρων δρόμοι, ὦ βασιλεῦ, » κτλ. Rursus pag. 15, 1. τοῦτο προστιθεὶς ὡς » Οὐκ ἀνόνητός σοι καὶ παντελῶς ἀνενέργητος εὑρεθείην ἐγώ. » Forsan ea fuit erroris caussa quod post ὡς oratio fieret directa; sed nec hoc insolens, post ὡς vel post ὅτι. Exempla exhibet Palairetus in Nova Bibl. Brem. Classe 3. p. 191. 219 (qui et in Classe 4. 438, ὡς pro ὅτι positum adstruit); vide et quæ scripsi ad Eunap. p. 236. Atque, donec quærendi sit otium, hæc interim habeto : Plato Theag. § 11. εἶπον ὅτι » Λέγοντός » σου μεταξὺ γέγονέ μοι ἡ φωνὴ ἡ τοῦ Δαιμονίου. » Demosthenes in Evergum t. 4, p. 266. T. λεγούσης ὅτι αὐτῆς εἴη ἐν τῇ προικὶ τετιμημένα καὶ ὅτι » Τὰ πρόβατα ἔχετε ν'. » Ibid. p. 270. εἰπόν μοι ὅτι » Ἡμεῖς τοίνυν σοι τὰ μὲν νόμιμα » ἐξηγησόμεθα. » Idem in Polyclem t. 5, p. 18. λέγω αὐτῷ ὅτι » Ἀκούω σε πλεῖν ἐπὶ Καλλίστρατον. » Idem in Nicostratum. t. 5, p. 48. ἀπεκρινάμην αὐτῷ.... ὅτι » Ὦ Νικό» στρατε » κτλ. Libanius t. 4, p. 146, 9. ἔλεγον ὅτι » Οὕτως » ὑμῖν, ὦ γύναι, πρέπει σιγᾶν. » Planudes in Metamorphoseon versione ad III, 611. τοῖς ἑταίροις εἶπον ὡς, » Ἀγνοῶ μὲν εἰ Θεὸς ἐν τῷδε τῷ σώματι κρύπτεται. » BO.

Pag. 10. Ἐπάγετέ μοι ὅρκον;) Interpunctione orationem

vividiorem fecisse mihi videor. Et in aliis quoque lo immutavi notas dispungendi, quod monere negligam. E Lucian. t. 4, p. 158. εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ i. e. *jusjurandum adjicere.* Jo. Chrysost. t. XI, p. 505 πολλοὺς ἀναλώσασα λόγους, καὶ τοῦτο προσέθηκεν... ὅρκον τινὰ φρικωδέστατον ἐπάγουσα, *inferens.* BAST. Liban. Ep. 167. Βάλης ἠδικεῖσθαί (lege vel ἀδικ. vel ἠδικῆσθαι) φησιν ὑπὸ σοῦ, καὶ ἐπήλασεν ὅρκον. Malim ἐπήγαγεν ὅρκον codicum Wolfianorum. BO.

Pag. 10. Καιρὸν εὔκαιρον) Exempla adtuli hujus vocum lusus ad Eunap. p. 210. BO.

Pag. 10. Εὑροῦσαι, λαβοῦσαι) Duo participia ad unum verbum, ut paulo ante ἀναβλύουσαι [*imo* ἀναβλέπουσαι], μειδιῶσαι. Hoc durius et asperius tamen hic. Mallem verba ita ordinasset Auctor: μόλις ἔφ. καιρὸν εὔκ. εὑρ. κατέβημεν λαβοῦσαι. Periti vident et sentiunt. PAUW. Alterutrum tollendum aut inserendum καὶ Douzæ visum discimus ex Dorvill. ad Charit. p. 514. Tentat Valckenarius, εὑροῦσαι λαβεῖν σε. Basilius Ep. 150. τὴν ἐπιστολὴν ἔγραψα, ἣν δεξάμενος ψαύων χερσὶ γνώσῃ ὡς κρυερά: prout codicum secuti vetustissimorum fidem perite restituerunt Benedictini, quum priores editiones correctorum expertæ inscitiam haberent, δεξ. καὶ ψαύων. Etc. ABR. Valckenarii conjecturam in textum recepit male Polyzoïs. Et λαβοῦσαι displicebat Erfurdtio, editori Opusculorum Valcken. t. 2, p. 169. » Videndum » ait » ne λαβοῦσαι » non sit nisi varia lectio, temere in tectum intrusa: »

quod jam repudiabam ad Eunap. p. 209. Puto hoc pleonasmi εὑρὼν λαβὼν fuisse e tritis unam et vulgaribus formulam. BO. Codicis lectio omnino præferenda est. Vide specim. meum Edit. Aristæn. p. 28. Lysias in Eratosth. Orat. Gr. vol. 5. p. 394. ἥκων δὲ ἔλεγεν ὅτι Ἐρατοσθένης αὐτὸν ἐν τῇ ὁδῷ λαβὼν, εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι. Augerius abbas de hoc loco notat esse codicem S. Germani, qui exhibeat ἐν τῇ ὁδῷ εὑρὼν, λαβών: quam equidem lectionem vulgatæ anteponendam puto. BAST. Duo participia sine copula habes etiam in Luciano t. 2, p. 509, [= t. 6. Bip. p. 424.] ubi vide Reitz. Vide et Villois. ad Long. p. 145. BAST. Adde de hoc copulæ defectu Reitz. ad Luciani Alex. § 19; Dorvillium ad Charit. l. c. ubi apposite ad hæc ipsa Nostri verba : » Intellexit igitur » Douza καιρὸν λαβεῖν, et sic idem notaret quod καιρὸν » εὑρεῖν. At credo inter has locutiones posse statui diffe» rentiam, licet singulæ positæ idem fere significent. » Prima *invenire* occasionem, secunda notet *inventam* » *et oblatam arripere, uti.* Nolim enim λαβοῦσαι inter» pretari [*ut Mercerus*] *te prehendimus.* Omisit præpo» sitionem celeritatis indicandæ causa. » Exempla participiorum inconnexorum e Tragicis excitavit Elmsleyus in Quartana Recensione (Jun. 1812.) ad Eurip. Suppl. 739. Planudes in Ovidii Metam. versione ad IV, 102. ἀσυνδέτως hæc scripsit : ἐπεὶ δ' ἡ δεινὴ λέαινα πολλῷ ῥείθρῳ τὴν δίψαν κατέσβεσε, πρὸς τὴν λόχμην ἐπανιοῦσα, εὑροῦσα, τυχὸν οὕτω, μόνην δὴ τὴν χλαμύδα, λελυθρωμένῳ διεσπάραξε στόματι. Libanius t. 4, p. 136, 23. διηγεῖτο περὶ

κόρης τινὸς, γένει διαφερούσης, ὥρᾳ λαμπρᾶς, τἄλλα πολλὰ κεκλημένης, σωφρονεῖν ἐπισταμένης, τὰ περὶ ἱστὸν πεπαιδευμένης: Codex Reg. 3017. καὶ τὰ πρὸς ἱστ. quibus locus non eget mutationibus. Sed fateor non displicere copulam in Basilii loco supra adducto, eamque a Benedictinis omissam revocavit Wolfius; addam tamen me eam in Codice Regio 2991 A. non reperisse. BO.

Pag. 10. Οὐκ ἀφελέος εἶ) Ex Platone Euthyphr. p. 53 G. [§ 20. *Fisch.*]. WYTT.

Pag. 10. Οὐδὲ καταβάλης ἡμ. ἀπ' ἐλπ.) Salmasius monet et hoc desumtum esse ex Platonis Euthyphrone [*circa finem*] ubi legitur in eamdem sententiam: ἀπ' ἐλπίδος με καταβαλὼν μεγάλης ἀπέρχῃ. SCHURTZ. Καταβαλεῖς obvia est conjectura, non certa. I. Ep. 26. ὀνομάσω ῥήτορα; προσείπω ζωγράφον. II. 23. ὥς σου τὸ εὔτολμον ἐξείπω; τίσι δὲ λόγοις... θρηνήσομαι; Joannes Monachus in Historia Barlaami pag. 17, 2. Codicis Regii 903: ὑποστρέψας δὲ οἴκαδε ἠνιᾶτο καὶ ἐδυσφόρει ἀπορῶν τίνι τρόπῳ θεραπεύσει τὸν βασιλέα καὶ ἐκφύγῃ τὸν ἐπηρτημένον αὐτῷ κίνδυνον. Rursus p. 27, 1. πέπεισμαι περὶ σοῦ κρείττονα καὶ ἐχόμενα σωτηρίας, ὅτι καὶ τὸν λίθον ὄψει τὸν ἀτίμητον (nota hunc sensum) καὶ τῇ αἴγλῃ τοῦ φωτὸς αὐτοῦ φῶς καὶ αὐτὸς ἀξιωθήσῃ γενέσθαι, καὶ καρπὸν ἐνέγκῃς ἑκατοστεύοντα. BO.

Pag. 10. Ἡδέως ἠναγκαζόμην) Hoc est quod Achilles Tat. I. [c. 10.] dicit: πολλάκις δὲ, καὶ ἑκοῦσαι πρὸς τὸ ἔργον ἐρχόμεναι, θέλουσι βιάζεσθαι δοκεῖν, ἵνα τῇ δόξῃ τῆς

ἀνάγκης ἀποτρέπωνται τῆς αἰσχύνης τὸ ἑκούσιον. LAMB. In τῷ ἡδέως ἀναγκάζεσθαι aliquid est πειθανάγκης, de qua re et voce pluribus egi ad Eunap. p. 434. Cicero de Amic. 8. » Vim hoc quidem est afferre: quid enim refert » qua me rogatione cogatis? » Ausonius Epist. ad Theodosium, ut solet, ingeniose: » Scribere me Augustus jubet, » et mea carmina poscit, *Pene rogans; blando vis latet* » *imperio.* » Etenim, quod ait Poeta Anth. Lat. v. 206. » Est orare ducum species violenta jubendi, Et quasi nu» dato supplicat ense potens. » Symmachus pro Trygetio: » Orastis; jussistis malui dicere: nam Senatus, cum petit » vehementer, præcipit. » Balzacius *Entret.* p. 304. » Les » prières des supérieurs sont des commandemens. » Nicolaus Methonæ episcopus ap. Fabric. Bibl. Gr. t. 9, p. 409. librum adversus Procli Theologiam scripsit, πρὸς τὸ μὴ συναρπάζεσθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας ὑπὸ τῆς ἐπιφαινομένης αὐτῇ πειθανάγκης. BO.

Pag. 10. Μέχρι μὲν οὖν — τὸ δὲ ἐντεῦθεν) Ad verbum ex Platonis Symposio. MERC. Platonis verba hæc sunt c. 23. μέχρι μὲν οὖν δὴ δεῦρο τοῦ λόγου, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ πρὸς ὁντινοῦν λέγειν· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε λέγοντος. BO.

Pag. 10. Ἐν κεφαλαίῳ) Idem valet quod Plautinum illud Bacch. II. 2. » compendii verba multa jam faciam » tibi. » Epictet. c. 1. ἐνὶ λόγῳ. Æschin. adv. Tim. ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι: et ibid. διὰ κεφαλαίων. Demosth. ὡς εἰπεῖν ἐν κεφαλαίῳ. LAMB. Cf. notata ad Marin. p. 143. BO.

Pag. 10. Οὐδεμίαν) Cod. οὐδὲ μίαν: quod, alias melius, hic non prodesset. Varietas hæc sæpius occurrit. Notavi ad Planudem. In Alciphrone I. 27. pro οὐδεμίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ, recipienda erat varietas οὐδὲ μίαν. BO.

Pag. 10. Θάλαμον αὐτοσχέδιον) Achilles Tatius lib. VI [c. 27.]: καὶ ἐγένετο ὅσα ὁ ἔρως ἤθελεν, οὔτε στρωμνῆς ἡμῶν δεηθέντων, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν εἰς παρασκευὴν ἀφροδισίων. Αὐτουργὸς γὰρ ὁ Ἔρως καὶ αὐτοσχέδιος σοφιστὴς, καὶ πάντα τόπον αὐτῷ τιθέμενος μυστήριον· τὸ δὲ ἀπερίεργον ἥδιον μᾶλλον τοῦ πολυπράγμονος. Αὐτοφυῆ γὰρ ἔχει τὴν ἡδονήν. MERC. Isidorus Pelus. II. Ep. 92. de Marte Agraulam comprimente: αὐτοσχέδιον νυμφῶνα ταύτη ποιεῖ τοὔδαφος. Theodorus Prodr. Rhod. VI. p. 242. Λέκτρα σχεδιασθέντα, παρθένων φθόρον (imo φθόρος), Θάλαμος ἐν γῇ καὶ χαμαίστρωτον λέχος. Gregorius Naz. Or. I. p. 5 D. ὑπὸ ταῖς αὔραις σχεδιάσαι στιβάδα: ubi Basilius schol. in codice Regio 573. p. 152: τουτέστι κοίτην αὐτοσχέδιον ποιῆσαι, ἐκ χόρτου καὶ καλάμων λεπτῶν ὑποστορέσαντα συμφορηθέντων. Eunapius p. 115. βωμοὺς αὐτοσχεδίους: ubi not. Noster I. 8. αὐτοσχέδιον μέλος. BO.

EPISTOLA III.

Pag. 10. Ἑταίρα — συνευωχηθέντες ἀλλήλοις) Sic codex clare et sine dubio. Observandum ultimas syllabas in συ-

νευωχηθ non esse expressas. BAST. Primus editor compendium illud sic explevit, συνευωχηθήτην. Dualem hunc recte habere dubito, malimque credere, eum, qui titulum adscripsit, plurali aut potius participio plurali usum esse. BAST. *Comm. Pal.* p. 820.—Sambucus, et, post eum, Merceriana, Pauwiana, Abreschiana, Γηρα καὶ νέος ὑ. δ. συνευωχηθήτην ἀλλήλαις. Mercerus conjecerat Ἑταίρα et ἀλλήλοις. Frustra obloquebatur Pauwius : » quæ in ipsa » Epistola dicuntur » ait » *Meretrici* certe non conve- » niunt. » Immo conveniunt : quid ni? Abreschius legebat, Μεῖραξ καὶ νέος, vel κόρη. Polyzoïs recte recepit Merceri ἑταίρα. In συνευωχηθέντες secutus sum Bastii judicium. BO.

Pag. 13. ΑΝΘΟΚΟΜΗ) Viri nomen, non mulieris; indicant quæ in fine : factum ut Ἁβροκόμης, χρυσοκόμης, ἀκερσεκόμης. MERC. Monitum non prorsus inutile; nam Villoisonus de Xenophontis Ephesii Ἁβροκόμῃ loquitur in notis ad Longum quasi de muliere : cf. Locell. ad Xenoph. p. 123. Et ipse scholiastes in Aristæneti codice, sub Epistolæ finem, ὦ φιλότης male vertit ὦ φίλη, quum sit, ὦ φίλε. BO.

Pag. 13. Λειμώνη) Multa in hac Epistola ex eleganti illo Platonis Phædro, e quo et Cicero quædam initio primi et secundi de Legibus, et Lucianus ἐν Εἰκόσι, et Apuleius illa in libro de Deo Socratis quæ inemendata reliquere postremi editores. Ego adscribam ut legenda : » Ita est enim apud Platonem, ne quisquam arbitretur » omina eum vulgo loquentium captitasse. Quippe etiam

» semotis arbitris una cum Phædro extra pomœrium sub
» quodam arboris opaco umbraculo signum illud adnuntium sensit, ne prius transcenderet Ilissi modicum fluctum quam increpitu indignatum amorem recinendo
» placasset; quum præterea si omina observitaret, aliquando eorum nonnulla etiam hortamenta haberet, ut
» videmus plerisque usu venire, qui, nimia ominum superstitione, non suopte corde, sed alterius verbo reguntur. » *Recinendo*, τῇ παλινῳδίᾳ, quod *recantare* Horatius. *Omnia* pro *omina* tandiu hic hæsisse non magis mirum, quam in loco Gellii I. 22 : » cavenda igitur est
» non improprietas sola verbi, sed etiam pravitas ominis,
» si quis se nunc senior advocatus adolescenti superesse
» dicat : » ubi etiam postremæ editiones, *pravitas omnis*. Et in illo Apuleii Milesia I : » vix effatum me statim familiares omen nefarium exsecrati, raptis cujusque modi
» telis, insequuntur : » ubi vulgo, *omnes exsecrati*, nullo sensu. De quo nos ad Apuleium latius. Scribseram hæc, quum prodiit eruditissimi Casauboni Apologia [*Apuleiana nempe, quam cf.* p. 164.], et in ea emendatus ille prior Apuleii locus, in quo ivisse in eadem omnia virum emendatissimi judicii sane gaudeo. MERC.

Pag. 13. Ἐν ἐρωτικῷ σ. παραδείσῳ) Παράδεισος olim proprie dicebatur locus septus arboribusque consitus, ubi vivæ feræ alebantur, quarum venatu se delectabantur. Gellius II. 20 : » vivaria quæ nunc vulgus dicit sunt quos
» παραδείσους Græci appellant. » Sed indifferenter pro

quovis amœno horto sumitur. Gl. Veteres : Παράδεισος : *pometum*, *pomarium*. Talis fuit ille θεῖος Παράδεισος, Θεοῦ χερσὶν ἐν Ἐδὲν πεφυτευμένος. Etc. LAMB. De voce cf. Lexicon vocum peregr. ante novam Thesauri Græci editionem; interpretes A. Gellii II, 20; Possinum Spicil. Evang. § 54; Silv. Sacyum in Notit. MSS. t. 9. part. I. p. 526; Clericum ad Luciani V. Hist. II. 23; ibidemque Scholia sic edita : τῶν ἄκρως βουλομένων ἑλληνίζειν εἰς τὸ νόθον τῆς ἑλληνίδος φωνῆς ἀποπέμπουσι τὸ παράδεισος ὄνομα. Ut sic syntaxis, lege ἀποπεμπόντων, vel τινὲς τῶν. Julianus Or. III. p. 113 A. κήπων τινῶν καὶ παραδείσων ἐν αὐτοῖς πεφυτευμένων μάλα ἀμφιλαφέσι καὶ κατασκίοις τοῖς δένδρεσιν, λειμῶνες δὲ ἄνθεσι ποικίλοις καὶ μαλακῇ τῇ πόᾳ βρύοντες : quæ descripsi longiora ob ea quæ sequuntur Nostri verba. De Paradisis intelligendus Libanius t. I, p. 514. Syriæ delicias describens : κάπρων τε καὶ ἐλάφων, καὶ ὁπόσα θήρα δίδωσιν, ἐν χώροις τετειχισμένοις πεφυλαγμένων. Ammianus Marc. 34. c. 5. paradisum quoque describebat scribens : » erat etiam in hac eadem » regione (Assyria) extentum spatium et rotundum, lo- » ricæ ambitu circumclausum, destinatas regiis volupta- » tibus continens feras : » ubi Lindenbrog. BO.

Pag. 22. Ἀκροχειρίζουσαι) Sambucus ἀκροχερίζουσαι; et sic Codex. Merceri secunda, ἀκροχερόζουσαι: tertia, ut videtur, ἀκροχειρίζουσαι, et sic Pauw., Abresch. et Polyzoïs. BO. Sambucus dedit ἀκροχερ., quo modo prorsus quispiam meo Suidæ exemplari ex Eustrat. ad Arist. Ethic. III. 1. adscripsit ἀκροχερίζεσθαί ἐστι. ABR.

Pag. 22. Προσκαλοῦσαι) Erat vir doctus qui tentabat προκαλ. Auctorem quæro qui activum προκαλεῖν adhibuerit. ABR.

Pag. 22. Ἐκ τῶν ὀνύχων τ. τ. λ.) Diogenian. V. 16. Ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ πᾶν ὕφασμα (cod. Mazar. A 86. omittit πᾶν)· ὅμοια (cod. idem, ὅμοιον)· ἐκ γεύματος γινώσκεις, τὸν Αἰθίοπα ἐκ τῆς ὄψεως (cod. ἐκ τ. ὄψ. τὸν Αἰθ.), ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα. Cf. Apostol. Cent. VIII. 2. Optima notavit Erasm. Chil. I. 9, 34. BO.

Pag. 22. Ἀλλ' ἐλπίδες καλαί) Voculam priorem male omissa fuit in Mercerianis. Pauwius reclamavit. BO. Xenoph. III. Cyrop. p. 207. πολλαὶ ἡμῖν καὶ καλαὶ ἐλπίδες. Et iterum p. 208. ubi ex Eurip. vid. Hutchins. ABR. Liban. t. 4, p. 155. ἐλπίδες αὗται καλαὶ καὶ ψυχαγωγίαι

λόγων. Alciphroni I. Epist. 17. restituendum, ἐλπίδες οὖν. BAST.

Pag. 22. Αὐτὸ δείξει, ὁ τὸν ποταμὸν καθηγ. ἔφη.) Samb. et cod. τῶν ποταμῶν. Abresch. e Merceri conjectura τὸν ποταμὸν, et sic reponi volebat Schott. ad Suidæ Adag. III. 90. jubente Platonis loco. Polyaenis pessime, τῶν ἑταιρῶν. BO. Lege τὸν ποταμόν. Habet a Platone, in cujus Theæteto [p. 200 E.]: ὁ τὸν ποταμὸν καθηγούμενος, ὦ Θεαίτητε, ἔφη, ἄρα δείξει αὐτό. Qui vadum præibat in fluvio, rogatus num profundus amnis, » ipsa res docebit, » inquit. MERC. Proverbii usus est, cum ex ipso eventu sermonis veritas apparet, vel, ut Ovidii [Epist. 2. 85.] verbis utar, cum *Exitus acta probat.* Huc item facit illud Alciphronis Epist. ult. οὐ δεῖ λέγοντι πιστεύειν, ἀλλ' ἰδεῖν, ὥς φασι. Atque hoc est quod Græci poetæ dicunt βλέποντα μαρτύρια. Lucret. V. [105.]: » dictis dabit ipsa fidem res. » Etc. LAMB. Cf. Schott. Collect. e Suida Cent. III. Num. 90. ubi Comici locus, quem citat, extat in Lysistr. 375. ABR. Nicet. Eug. VIII. 26. variata oratione: Τὸ πρᾶγμα πάντως ἐξελέγξει καὶ μόνον: ubi cf. quæ notavi. Apud Theocritum XV. 77. proverbium eadem formula adponitur: » ἔνδοι πᾶσαι, » ὁ τὰν νυὸν εἶπ' ἀποκλάξας. BO. Cf. Vales. ad Harpocrat. p. 341. BAST.

Pag. 22. Τὸ δὲ προσδοκώμενον φανερῶς, εἰ θέλοι, ῥᾷστα γένοιτ' ἄν) Mercerus proponit φανερόν. Cod. φανερῶς. BO. Recte Mercerus. Εἰ θέλοι, *an velit.* Perperam ille, *si vis.* PAUW. φανερὸν ὡς, εἰ θέλοιμεν, ῥᾷστα. REISK.

secutus distinctionem edit. Samb. tueor φανερῶς. De loquendi formula, qua εἰ θέλοι per se subsistat, mihi cum non constet, lego cum Mercero, in versione, εἰ θέλεις, vel εἰ θέλοις. » Ceterum quod speratur manifesto » facillime contingat, si velis. » Etc. ABR. Intelligo cum Pauwio εἰ θέλοι, *an velit*. φανερῶς servandum. Βούλομαι, θέλειν, *velle*, verba sunt hac in re propria. Noster mox, θέλουσιν ὀφθαλμοῖς, ubi not. Et I. 24. θέλω δὲ Λυσίαν. Nemesianus Ecl. 4. 18. » non possum *nolle* negantem (1) »: ubi cf. Burman. Martialis VI. 40. » hanc *volo*, te *volui* : » fere ut apud Marivalxium nostratem in Ludo Amoris et Fortunæ I. 2. » vous me voulez, je vous veux : vite un » notaire! » Lucianus H. V. II. 19. οἱ παῖδες δὲ παρέχουσι τοῖς βουλομένοις, οὐδὲν ἀντιλέγοντες. Idem Tim. 16. ἀφιεὶς (γυναῖκα) ξυνεῖναι τοῖς βουλομένοις. Anonymus Anthol. Palat. V. 2. Τὴν καταφλεξίπολιν Σθενελαΐδα, τὴν βαρύμισθον, Τὴν τοῖς βουλομένοις χρυσὸν ἐρευγομένην : ubi puto cum Brodæo, vel dissentiente Jacobsio, ἐρευγομένην hic esse, » assidue et putide nummos usque loquentem : » quo de usu verbi ἐρεύγεσθαι cf. not. ad Nicetam Eugen. p. 137. Diphilus Athenæi VII. 39. Λαλῶν τὰ ναῦλα καὶ δάνει' ἐρυγγάνων : quod est simillimum. Martialis XI. 58. » Cum me *velle* vides, tentumque, Telesphore, sentis, » Magna rogas : » id est, χρυσὸν ἐρεύγῃ θέλοντι ἐμοί.

---

(1) Hic est Burmanni textus. Wernsdorfius edidit majore cum auctoritate : » Possum non *velle* negantem ? « optime, modo absit interrogatio. Protervæ sic minabitur amicæ, ut recte monuit olim Barthius.

Harpago in Molierii Avaro III. 5. » toujours de l'arge » il semble qu'ils n'ayent rien autre chose à dire : de l' » gent! de l'argent! de l'argent! Ah! ils n'ont que ce m » à la bouche, de l'argent! » ἀεὶ χρυσὸν, χρυσὸν, χρυ ἐρεύγονται. BO.

Pag. 22. Προσειπὼν) Correctio Merceri, recepta Abr. et Polyz. Codex et Samb. πρὸσεῖπον. BO.

Pag. 22. Ὦ γύναι) De hac compellatione egi ad Nice Eugen. p. 348. Habes infra iterum Ep. 5. p. 26; II Ep. 17. BO.

Pag. 22. Ὁμιλῆσαι) Vide infra Abresch. ad I. 10. p. 45 de hoc verbo. BO.

Pag. 22. Τῇ θεραπαίνῃ) Hæc negotia per ancillulas sæpius agebantur. In Epigrammate anonymo Anth. Palat. 5. 101. meretricularius homo Laidis cujusdam per forum vagantis ancillam seducit, cum qua de domina ipsius, de sperata nocte, de pretio fabulatur. Simalion Alciphronis I. 35. Petalæ suæ ancillulis de dominæ arrogantia conquerebatur; nequicquam. Atque ipse Nicetæ Cleander, etsi ineptior, multa solerter a Calligonæ servulabus de ejus pulchritudine rescivit. Cf. et II. Ep. 19. BO.

Pag. 22. Οὐδὲν ἀνάργυρον αἰτήσομεν ἀφροδίτην) Sic codex, quod restituendum fuit. Editiones, ἀφροδίτως. Cum Mercero malim insuper οὐδέ, potius οὐδ'. BO. Infra Ep. 14. ἀνάργυρον οὐδὲν ταῖς ἑταίραις πιθανόν. Sed hic legendum omnino: οὐδὲ ἀνάργ. αἰτ. ἀφροδίτην. MERC. Non ille-

pide Mercerus. Quia tamen venustas est in οὐδὲν repetito, fors legendum potius, οὐδὲν ἀν. αἰτ. ἀναφροδίτως. Etc. PAUW. Οὐδὲν — ἀφροδίτης, » nihil Veneris, nullam par- » tem veneream, nullam gratiam veneream. » REISK.

Pag. 22. ὅσον αὐτὴ ἂν ἐθέλῃς· ἐθελήσεις δὲ, οἶδ᾽ ὅτι, τὰ μέτρια) Caute hoc addit Hippias, quod norat Laïdas has immodicum solere poscere. Quintil. Decl. 1. 6. » Me- » retriculæ amor immodica poscentis. » Et hinc *meretricum poscinummia* in Apul. x. Miles. p. 225. ubi vide quæ notat Pric. ABR. Sumta sunt, observante Salmasio, e Platonis Ep. VII. τὰ περὶ Δίωνα ὑπάρξει ταύτῃ γενόμενα ὅπῃ περ ἂν αὐτὸς ἐθέλοις. Θελήσεις δὲ οἶδα ὅτι τὰ μέτρια. SCHURTZ. Verba sunt Dionysii Tyranni apud Platonem, non Platonis, quod notavi ad Diogenis Epist. 1. p. 280. ubi hunc locum cum Aristæneteo contuli, ignarus vel oblitus Salmasianæ animadversionis; addens insuper Plethonem 1. 19, monensque ap. Aristænetum pro edita lectione ἐθέλοις, quam et habet codex, reponendum esse ἐθέλῃς, quod, ut vides, reposui. Atque textus Dionysii, saltem in Cujaciana, qua nunc utor, p. 296, et in Bipontina, p. 125, exhibet recte ἐθέλῃς, non ἐθέλοις, quod adposuit Salmasius. Conferendum lepidum epigramma Philodemi, in Anal. 4, ubi meretriculam verbis lenificis compellans, ὃ θέλεις δώσομεν, ait. Color non disparilis infra II. 7. ποιήσεις; ποιήσεις, οἶδα ἐγώ. Diogenes Ep. 3. Cujac. ὅπως καὶ τέλος ἐπιθῇς σπούδασον· ἐπιθήσεις εὖ οἶδα. BO.

Pag. 22. Ἐθελήσεις — τὰ μέτρια) Aristoph. N. 1142

Ἐμοῦ μέτριά τοι καὶ δίκαι' αἰτουμένου. Euripides Suppl. 750. non sollicitandus : Ἐτεοκλέους τε σύμβασιν ποιουμένου, Μέτρια θέλοντος. BO.

Pag. 22. Οἶδ' ὅτι) Hæc verba interpunctione sic a ceteris sejunxi; nam, etsi in hac quidem sententia possint cum ἐθελ. apta syntaxi jungi, sæpe alibi ita collocantur ut elliptice pendeant. Demosth. in Conon. init. τούτου συγγνώμην ἕξετε, εὖ οἶδ' ὅτι, πάντες. Idem de fals. Leg. t. 2, p. 102. Tauchn. ὡς ἅπαντες, εὖ οἶδ' ὅτι, τὸν λόγον τοῦτον ἀκηκόατε : p. 114. ὥστε.... πάντας.... ἐλεεῖν, εὖ οἶδ' ὅτι, τὰς ἀτυχεῖς καὶ ταλαιπώρους ἀνθρώπους. Sophocles Antig. 276. Πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν, οἶδ' ὅτι. Lucianus Jup. Trag. 23. ὅπερ οἱ ἄλλοι, εὖ οἶδ' ὅτι, ποιήσετε. Cf. Bergl. ad Alc. I. 38. et Wolf. ad Leptin. § 147. ubi verba Oratoris sic ad editoris doctissimi mentem distinguenda : οὐκ, οἶδ' ὅτι, δεῖ πλείω λέγειν. Et cum negatione reperitur hæc parenthetica locutio in Eurip. Suppl. 405. Ἔα! λόγων τίς ἐμποδὼν ὅδ' ἔρχεται; Καδμεῖος, ὡς ἔοικεν (οὐ σάφ' οἶδ' ὅτι), κῆρυξ. Potest sic interpungi Plato Alc. I. 18. ἀλλὰ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ἔγωγε οἶδ' ὅτι, καὶ εἰ μὴ ἑώρακας, ἀκήκοας γοῦν ἄλλων. Locus est intricatior in eodem Dialogo § 5. sic vulgo editus: ἐλπίδας ἔχεις ἐν τῇ πόλει ἐνδείξασθαι ὅτι αὐτῇ παντὸς ἄξιος εἶ, ἐνδειξάμενος δὲ, ὅτι οὐδὲν ὅ τι οὐ παραυτίκα δυνήσεσθαι. Velim scribere, ἐνδειξάμενος δὲ ὅτι, οὐδὲν ὅ τι οὐ π. Ita illud ὅτι post ἐνδ. elliptice pendebit ut in formula οἶδ' ὅτι : nempe ἐνδειξάμενος ὅτι παντὸς ἄξιος εἶ. BO.

Pag. 22. Οὐ τοσοῦτον ἐλεῶ τὸ τιτθίον) Codex a prima manu, οὐ τοσοῦτον ἐλεῶ τὸν τιτθίον : a secunda, ἐλεεῖς τὴν ἱππίαν. Mercerianæ et Pauwiana, ἐλεῷ. Abresch. ἐλεῶ.

Polyzoïs, ἐλεεῖ τὸ τιτθίον. BO. Multa fingi possunt et diversa valde. » Non miseraberis hujus infantuli? (Philo-» chori puta) Vix tantum dixerat, quum attrectare pa-» pillas cœpit: » paucis immutatis. Sed hæc non satisfaciunt mihi, et quærendus alius Æsculapius. MERC. Legendum forte: οὐ τοσοῦτον ἐλεοῖ τὸ τιτθ. » an tanti » non misereatur mammilla? » Τοσοῦτον, argentum, quod manu tenebat et ostendebat bellatulæ. Τὸ τιτθίον est appellatio blanda, quæ ipsam puellam hic denotat. Alias legi etiam posset: οὐ τοσ. ἐλέου τῷ τιτθίῳ; » nonne » tantum misericordiæ mammillæ? » Sensu perspicuo, si τιτθίῳ etiam de ipsa puella accipias. Visne tertium? Erunt qui prius ita efferre malint: οὐ τοσούτου ἐλεοῖ τὸ τιτθίον; » an tanto et pretio isto non misereatur mammilla? » Etc. PAUW. Munckerus locum corruptum esse, ut vere est in toto Aristæneto profligatissimus, apposito asterisco, monuit. Doctiss. Des. Heraldus (Salmasii verba sunt) legit, οὕτω σοι εἴη ἵλεων τὸ τιτθίον, » ita propitius tibi sit » infantulus. » Ἵλεως εἴη de diis tantum dicitur et ad deos tantum pronunciatur. Vide Platonem in Euthydemo [p. 273 E.] et alibi [*v. gr. Phædr.* § 84. *ubi Heindorf.*]. Et verissime conjecit. SCHURTZ. Abreschius Heraldi emendationem, οὕτω σοι εἴη ἵλεων τὸ τιτθίον, probat, et ipse nil melius novi. Intelligo τὸ τιτθίον de Amore: » sic » tibi faveat Amor! » Mutavi tantum τὸν in τό: a reliquis abstinui. Οὕτω vel οὕτως certum est; cetera non item. De hoc usu vocis οὕτως vide not. ad Nicet. Eugen. p. 107. Noster II. 13. οὕτως ἵλεως εἴη σοι Ἀφροδίτη. Conferendus

Martialis VII. 89. » I, felix rosa, mollibusque sertis No- » stri cinge comas Apollinaris : Quas tu nectere candidas, » sed olim (*Sic te semper amet Venus!*) memento. » Ovid. Met. VIII, 857; XIV, 763. Tibullus II. 5, 121. » *Adnue : Sic* tibi sint intonsi, Phœbe, capilli : » ubi Heyn. Adde Herald. ad Mart. V. 6. et omnino Brisson. de Form. I. 127. BO.

Pag. 22. Ἐνδοτικοῖς) Editiones, ἐνδοτέρω. Reiskius, qui vitium sagaciter odoratus fuerat, proposuit εὐδιωτέροις. Scripsi quod exhibet codex, monente Bastio ad Gregor. pag. 111. BO.

Pag. 22. Θέλουσιν ὀφθαλμοῖς) Τὸ Θέλειν hic ἐλλειπτικῶς sumitur, ut passim; nimirum, ἀντὶ τοῦ τὴν τῆς Ἀφροδίτης χάριν ὑποσχέσθαι Θέλειν. Achill. Tat. I. [c. 10.] πρὸς ἐρωμένην Θέλουσαν μὲν παρέχειν [quod est alienum, ob τὸ παρέχειν]. Noster I. 16. ἦν σφόδρα βουλομένης τὸ βλέμμα. Catullus ad se ipsum [VIII. loco non apte satis apposito] : » Ibi illa multa tam jocosa fiebant Quæ tu vo- » lebas, nec puella nolebat. » Epigramma ineditum Alcæi [Anth. Pal. XII. 29.] : Πρώταρχος καλός ἐστι καὶ οὐ θέλει, ἀλλὰ Θελήσει ὕστερον. LAMB. II. Ep. 5. αἰσθάνομαι τῆς φύσεως βουλομένης. Ovid. A. A. III. 88. » Gaudia nec » *cupidis* vestra negate viris. » BAST. Cf. pag. 303.

Pag. 22. Ἠρυθρίασε) Editiones ἐρυθρίασε, quod mutavi. Nihil fuit e codice notatum. Abreschius malebat ἠρυθρ.; reponere non ausus est : mirum! Noster I. 7. et 10. ἠρυθρίασε : I. 13. ἠρυθρία. Aristoph. Plut. 702. ὑπη-

ρυθρίασε : ubi codd. nonnulli, ὑπερυθρ. BO. Vide Fischer. ad Weller. p. 184. cujus auctoritate Zeun. in Xenoph. Apol. 8. edidit ἐναντιοῦντο. Infra in Nostro I. 25. legitur κατανάλωσαν, de qua augmenti omissione leguntur quædam in notis ad Thom. Mag. p. 55, 56. Lucian. t. 9, p. 153. Liban. pro Olymp. p. 85. ἀναλωμένης. Lucian. t. 6, p. 32. ἀντεξετάζετο : et p. 38. cod. Vatic. ἐξεργάσατο. Alciphr. II. 3, 15. ἤπειξε et ἔπειξε. In Achille Tat. III. p. 187. Salm. habes ἐλέει, et ibid. IV. p. 241. ἐλέησεν : at cod. Venet. in utroque loco ἠλέει et ἠλέησεν. In Heliodori lib. I, p. 27. ἔλαυνον : at cod. Venet. ἤλαυνον. BAST. In Xenophontis loco Codex ap. Zeun. exhibet ἠναντιοῦντο, et nullus dubito quin emendatiores sint Zeuniana editiones, quæ ἠναντιοῦντο exhibent. De κατανάλωσαν alia est quæstio. In Luciano codex habet κατεξητάζετο : *male* adscriptum nullo modo me movet. Varietas ἐξεργάσατο est calami vitium. BO.

Pag. 22. Ἀπέστειλεν — αὐγήν) Editiones διαυγήν. Sed quum, notante Bastio, in codice syllaba δι punctis notetur, delendæ ejus signo, eam delevi. De illis punctis vide supra p. 286. BO.

Pag. 22. Αὐγὴν οἷα πέφυκεν ἀπαστράπτειν ἐξ ἀπέφθου χρυσίου) Abreschius editum οἷα mutavit in ὅΐα. Polyzoïs servavit οἷα : οἷα legitur in codice, et poterat fere retineri. Glossa in codice ad ἀπέφθου· ἑφθὸς, ὁ ἑψητός. BO. Lexica ex Luciano [Somn. § 7.] χρυσίον, οἷαν τὴν αὐγὴν ἀπαστράπτον. ABR. Lucian. t. 3. Bip. p. 185. χρυσοῦ ἀπέ-

φθου τάλαντα ἑκατόν : ubi vid. schol. Vide omnino notam Locellæ in Eckhel. Doctr. Num. vol. 1. p. xxiij sq. BAST. Scholiastes Luciani Catapl. § 9. ad quem lectorem remittit Bastius hæc habet : ἀπέφθου· εὐρίζου, τοῦ πολλάκις ἑψηθέντος, ὥστε γενέσθαι ὀβρύζου. Gronovius pro εὐρίζου emendat ὀβρύζου, sicque legi dicitur in codice quodam. Sed in hoc codice ὀβρύζου est alia vox, alia lectio, non varietas vocis εὐρίζου, quam mutandum moneo in εὐροίζου. Non dubitabit qui viderit Herodiani Epimerismos p. 252 cum nota, et quæ monui ad Hierophilum p. 257. Et æque falsus est Meursius Opp. t. 7. p. 354. in Constantini Man. Annalibus, pro Ἔστιλβεν ἥλιος λαμπρὸν ὡς εὔροιζον χρυσίον, scribere jubens, ὡς ὄβρυζον χρυσίον. Adde de ἀπέφθῳ χρυσίῳ Observ. Sel. Hal. t. 10, p. 92. sqq.; Ameilhon. in Memor. Acad. Inscr. t. 46, 509, 516; Schweighæus. ad Herod. 1. 50. BO. Ἄπεφθον χρυσίον aurum sæpe recoctum, ut obrysum fiat, dici Munckerus notat, jubetque eam in rem consulere Scholia Thucydidis ad lib. II. [c. 13.]. Concordat Plinius libr. 33. cap. 3. SCHURTZ.

Pag. 22. Τότε δή) Emendatio Merceriana pro Sambuciano τόδε δὴ, recepta ab Abreschio et Polyzoe, probata a Bastio. Codex, τόδε δή. Hæc formula legitur statim et Epist. 5. BO.

Pag. 22. Οὐ χρόνον μακρόν) omisit male Polyzoïs. BO.

Pag. 25. Παρ' ὀντιναοῦν ποιοῦμαι δεινόταῖος εἶναι) Sambucus : ὄντινα οὖν ποιοῦται δεινόταῖον εἶναι. Quod

dedi legebat Casaubonus apud Mercerum; et Pauwius probabat ποιοῦμαι δεινότατος εἶναι, quod recepere Abreschius et Polyzoïs. Codex perspicue ποιοῦμαι: adjectivum exhibet, eo compendio, quod, monente Bastio, nunc ον, nunc ος significat. BO. Sunt hæc ad verbum descripta ex Plat. Theage p. 10 G [*quod viderat et Salmasius*]: ἐγὼ—τυγχάνω οὐδὲν ἐπιστάμενος, πλὴν σμικροῦ γέ τινος μαθήματος τῶν ἐρωτικῶν· τοῦτο μέντοι τὸ μάθημα παρ' ὁντινοῦν ποιοῦμαι δεινὸς εἶναι καὶ τῶν προγεγονότων ἀνθρώπων καὶ τῶν νῦν. Cyrus ap. Xenoph. Cyrop. VIII. p. 619. πάνυ γὰρ δεινός εἰμι ταύτην τὴν τέχνην. Gregor. Nyss. Vit. Mos. p. 68. Βαλαὰμ ὃς ταῦτα δεινὸς ἐποιεῖτο εἶναι. Quibus ex locis usum insuper observabis *profitendi sibique vindicandi* verbi ποιεῖσθαι. Hesych. ποιεῖσθαι· προσποιεῖσθαι. Etc. ABR. Ποιοῦμαι, i. e. ὑπισχνοῦμαι, προσποιοῦμαι, quibus verbis in simili re utitur Plato Men. t. 4, p. 370. Ælian. H. A. IX. 42. τῶν τὰ οὐράνια εἰδέναι ποιουμένων. BAST. Noster hic scripsit ὁντιναοῦν pro Platonico ὁντινοῦν, et ita se gessit supra sub Ep. II. finem. BO.

EPISTOLA V.

Pag. 25. πανηγύρεως) » An *nundinæ* potius reddendum? » subjecit Salmasius. SCHURTZ. *Nundinas* vertit in Eumathio Gaulmin. cujus vide not. p. 36. Sed hic aptis-

sima est Merceri versio. BO. De voce πανήγυρις cf. Villoison *Trois^e. Lettre sur l'Inscr. de Rosette* p. 45. Lucian. Phal. t. 2, p. 190. [c. 2.] jungit simul πανήγυριν et δημοθοινίαν. BAST.

Pag. 25. Προαστείῳ) Glossa in cod. ἔξω τοῦ ἄστεος. Et ad πανδημεὶ glossa : σὺν παντὶ τῷ δήμῳ. BO.

Pag. 25. Δημοθοινίας) De hac voce vid. Etym. M. Solebant nempe Veteres, per occasionem alicujus festi et δημοτελοῦς ἑορτῆς, in deorum templis epulas celebrare de reliquiis hostiæ quam mactaverant. Meminit Aristoteles de Mundo 6. γίνονται δὲ καὶ δημοθοινίαι νόμιμοι καὶ πανηγύρεις.... quem locum explicans Apuleius, » sunt » inquit » et publicarum epularum apparatus et lectisternia deo» rum, et dies festi. » Et forte hoc est quod Plautus Trin. III. 4. *coenam popularem* vocat. LAMB. Glossa: δημίου εὐωχίας. Schol. ad Luc. Phalar. δημοθοινίαις vertit, ταῖς τοῦ δήμου εὐωχίαις ἢ θυσίαις. Adde Spanh. ad Jul. Cæs. *Preuv.* p. 11. Parthenius c. 13. τινὸς ἑορτῆς καὶ θυσίας παρ' Ἀργείοις τελουμένης ἐν ᾗ δημοσίᾳ πάντες εὐωχοῦνται. Id. c. 32. ἑορτῆς δέ ποτε τοῖς Χάοσι δημοτελοῦς ἀγομένης καὶ πάντων εὐωχουμένων. BO.

Pag. 25. Ὀνόματι γ. οὐδὲν δέομαι λέγειν) Quum non recorder ita loqui solere alios, etsi linguæ genio non repugnet, suspicor scriptum fuisse, ὄνομα γάρ τί δέομαι λέγειν ... Aristides t. 1, p. 601. τοὔνομα οὐδὲν δέομαι λέγειν. — Verissima mihi videtur Valcken. emendatio, legentis: ὀνομαστὶ γὰρ οὐδ. ABR. Ἴσως: ὄνομά τι. HUET. Perperam

tentat Abresch. Sic enim Plato Apol. p. 360 D. ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν. WYTT. Ipse Abresch., errore suo notato, Platonis verba apposuit in Auct. Diluc. p. 250, monens insuper supplendum hic αὐτὴν, apud Platonem αὐτόν. In Demosthenis Midiana 17. vulgo editum legitur, ἐὰν ἐπὶ συμφοραῖς τινῶν γεγονότων ὀνόματι μνησθῶ: recepta fuit a Spaldingio Reiskii conjectura ὀνομαστὶ, quam dicit egregiam, dixerim ego inutilem. — Eunapius p. 41, 42. τὰ ὀνόματα οὐδὲν δέομαι λέγειν. BO. Libanius t. 4, p. 777. ὀνόματι καλοῦσα τὴν κόρην. Adverbio usus est Longus IV. p. 123, 14. τοὺς τράγους ἐκάλεσεν ὀνομαστί: et p. 133, 16. ἐκάλεσέ τινας αὐτῶν ὀνομαστί. Xenoph. Ephes. I. 10. Heliod. I. 85; II. 112. BAST.

Pag. 25. Αὐτὸς ὁ Χαρ.) Maxima hic latet vis in voce αὐτὸς, quæ tum apud Græcos tum Latinos [*ipse*, nempe] honoris appellatio est, sic ut sæpius etiam propriorum nominum loco usurpetur, cum de superioribus sermo sit. Seneca Med. II. 1. » *ipse* est Pelasgo tumidus imperio » Creon. » Arnob. IV. adv. Gent. pro Jove absolute *ipse* ponit: » ex Semele atque *ipso* Liber. » LAMB. Locus Arnobii IV. p. 141. non commode fuit adlatus, puto. De hoc usu vocum αὐτὸς et *ipse*, videndus omnino Casaub. ad Theophr. c. 2. Addantur Fischr. ibid.; Hœpfn. ad Cyclop. 24; Westerh. ad Ter. Andr. II. 2, 23.; Dœring. ad Catull. LXIV. 43.; Burm. ad Virg. G. IV. 82.; Wernsd. ad Pervig. Vener. 13.; Rup. ad Juven. I. 62. Ceterum hæc notavi ob Lambecii animadversionem, alias magis quam hic loci profutura. Etenim quam sibi finxit em-

phasim in pronomine Lambecius, equidem non perspicio. Voluit tantum Auctor significare Charidemum, quum *ipse*, αὐτὸς, mulierculam e foro ad se invitaret, rem fecisse subimprobiorem, et quæ juvenem bene moratum non deceret. BO.

Pag. 25. Οἶσθα δὲ τὸν νέον ὡς ἐρωτικός) Nota loquendi consuetudine dictum pro οἶσθα δὲ ὡς ἐρωτικὸς ὁ νέος: quæ, quamvis statim obvia, tamen est ubi non statim perspicitur. Lactant. de F. S. c. 2. » hujus libri munus » est, *philosophiam* quoque *ostendere*, quam inanis et » falsa sit. » Confer multis Davis. ad Cicer. N. D. I. 26. quosque citat, itemque Raphel. ex Arriano ad Joh. 8. 54. atque Grot. I. ad Cor. 10, 16.—Formulam οἶσθα γὰρ τὸ καὶ τὸ habes etiam alibi: I. ep. 22. οἶσθα γὰρ τὸν νέον καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ: ubi vide. Heliod. IV. p. 171. οἶσθα δὲ δήπου τὸν ἄνδρα. Basil. Epist. 169. ABR. Hippocrates Aph. I. 9. ξυνλεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ. V. 40. γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι, εἰ κύει. Demosthenes in Macart. t. 4, p. 160. αἰσθήσεσθε τούτους ὅτι εἰσὶ βίαιοι: in Steph. p. 213. γνοίη τις ἂν αὐτοὺς ὅτι ψεύδονται. Cf. ibid. p. 234, 253, 260, etc. Aristophanes Nub. 95. 1247. et ibi Bergl.; Plut. 55. et ibi Kust. et Ducas. Eadem parenthetica sententia Phalaris Ep. 137. Κλεαινέτην (οἶσθα δήπου ἣν λέγω). Plutarchus Colot. 2. Ἀριστόδημος ὁ Αἰγιεὺς (οἶσθα γὰρ τὸν ἄνδρα). Martialis VII. 50. » Pompeium quæras (*et nosti forsitan*) Auctum. » In codice Glossæ ad οἶσθα, ἐπίστασαι: ad ὡς, ὅτι ἐστὶν ἢ ἦν. BO.

Pag. 25. Προϊοῦσαν) Editiones προσιοῦσαν et sic codex. Polyzoïs tamen προϊοῦσαν, sed ex mente Abreschii. BO. Manifesto corruptum προσιοῦσαν: lege προϊοῦσαν. Epist. præced. διὰ μέσου τοῦ ἄστεος—προῄει. Ep. 9. γυνή τις ἐν ἀγορᾷ προϊοῦσα. Et ibid. ὡς δὲ προϊόντα τὸν ἑαυτῆς εἶδε μοιχόν. Ep. 10. εἰς διδασκάλου προϊόντα. Noster rursus Ep. 19. Ceterum eadem ratio est τοῦ προελθεῖν et προσελθεῖν, infra Ep. 22.; ut et nominum πρόοδος, προέλευσις, et Latin. *processus*, *procedere*, *progredi*, *progressus* et *egressus*. Vid. pluribus T. Hemst. ad Luc. Prom. c. 6. Etc. ABR. Male προσιοῦσαν. Sic προϊέναι in Xenoph. M. II. 1. 22. ubi Reisk. male substituere vult προσιέναι, quod jure merito reprehenditur ab Ern. Vide Brunck. ad Eccles. 51. BAST.

Pag. 25. Ἀγκιστρεύει) Muneribus scilicet datis vel promissis. Jacobsius ad Dioscoridis Epigr. 3. notat sæpe verba rei piscatoriæ ad rem amatoriam transferri, et hoc ipso Nostri exemplo utitur. Noster I. 7, 17; II. 23. eisdem tropis utitur; ubi vide notas, collatis quæ scripsi ad Nicetam pag. 317. Transferuntur apte venatoria ad invitamenta quæque et allectiones cujusvis generis. Isidorus Pel. I. 102. ὥσπερ οἱ ναυτικοὶ βρώματι τὸ δέλεαρ καταχρύπτουσι, καὶ τοὺς ἰχθύας ἀπροόπτως ἀγρεύουσιν, οὕτως οἱ πονηροὶ τῶν αἱρέσεων σύμμαχοι, τῇ χρηστολογίᾳ τὰς ἑαυτῶν κακονοίας καλύπτοντες, ἀγκιστρεύουσι τοὺς ἁπλουστέρους πρὸς θάνατον. Idem V. 458. ubi de Harpocrate sophista: ὁ μὴ πλῆθος νέων περιιὼν καὶ θηρεύων..... ἀλλ', οὓς ᾔδει

σπουδαίους ἐσομένους, τούτων ἐπιμελούμενος, τὸν βίον κατέστρεψε. Quis crediderit Schottum ultima verba, quæ significant » e vita excessit » sic potuisse vertere? » vitam » moresque potissimum format. » Exempla euphemismi hujus præbebunt quærenti Græcæ Ellipses Schæferianæ in Βίος. BO.

Pag. 25. Δαιτυμόνων) Sic codex, cum glossa, τῶν ἀριστώντων φίλων. Sambucus, δαιτυμένων. Mercerus veram lectionem facile conjecerat, et Abresch. illam reposuit. Multus est de hac voce Bœckhius in Specim. Timæi edendi: cf. Barth. ad Zachar. p. 315. Theophylactus Simoc. Epist. 44. αὔριον ἔσομαι δαιτύμων: Cod. Reg. 3047. ἔσο μοι, melius, ut ex Epistola ipsa legenti patebit. Idem Ep. 29. ἧκέ μοι πρὸς τοὔλαιον αὔριον (ἐνδημήσαιμι γὰρ τοῦ ἄστεος) καὶ δαιτύμων ἔσομαι, φίλτατε: et hic velim ἔσο μοι. Hæc formula, ἔσο μοι, reperitur et in Ep. 59. συνέριθος ἔσο μοι μεσημβρίας ὥρᾳ. BO.

Pag. 25. Ὁ χρυσοῦς ἑστιάτωρ) In laude ubique χρυσοῦς de homine elegantiore. Habes sæpe in his Epistolis, et passim latinis ac græcis scribtoribus. Apuleius Miles. [v. p. 98.]: » O nos beatas, quas infantis aurei nutrimenta » lætabunt! » MERC. Χρυσοῦν vocat more solito scriptorum, qui optimum quemque aureum vocant, morum differentiam a metallorum proprietate sumentes. Causam ejus rei babes apud Hieroclem Procem. in Carm. Pythag.; quem locum elegantissimum vide. LAMB. Vide supra p. 205 et 206. Cui non redit in mentem Horatii » *aurea*

mediocritas?» Cf. Heyn. ad Tibulli I. 1. 58. *anius aurea*. Hæc utique vera; sed in hoc ipso loco χρυσοῦς « figurate is ita adpellatur qui imprudens magnas turbas daturus videbatur » : verba sunt Bergleri ad Alciphr. III. 17. qui Mercerum reprehendit, et sensum illum ironicum quem proponit exemplis adstruit. Bastius, qui et Bergleri locum noverat, præterea monet videndum Luc. t. 8, p. 12 [adv. Indoct. § 9.]. Poteris igitur cum ironia vertere, *optimus ille exhibitor*. Quid tamen vetat vocem serio capere, ut χρυσοῦς ἐστὶ. idem sonet τῷ καλὸς ἑστιάτωρ Athenæi IX. 28? BO.

Pag. 25. Ἑστιάτωρ) Munckerus, inducto *exhibitoris* vocabulo [in Merceri versione], *convivatorem* substituit. *Convivator* est qui Varroni et Juvenali *magister* dicitur, *dictator* et *strategus* Plauto, *pater cœnæ* Horatio, *modimperator* eidem Varroni apud Nonium, et *convivii dominus* illi eidem apud A. Gell. XIII. 11. Alias ejus compellationes omitto. SCHURTZ. Ἑστιάτωρ Græcis est quem Macrob. Sat. I. 7. *regem convivii* vocat. Vid. Harpocr. et Suid. Athenæus IX. de Laurentio symposiarcho, ὁ καλὸς ἡμῶν ἑστιάτωρ Λαυρήνσιος. Differentiam eamdem inter τὸ δαιτύμων et ἑστιάτωρ (de qua Suidas) notat etiam Plato in Timæo ab init. LAMB. Glossa codicis ad ἑστ. ὁ τὸ ἄριστον ποιῶν. BO.

Pag. 25. Εἰσῄει) Codicis glossa, εἰσέρχεται. Et mox ad ὑπέδυ· ὑπεισῆλθε. BO.

Pag. 25. Θᾶττον νοήματος) Proverbiale est θ. νοήμ. quo

præter Abreschianam et Polyzoïcam. Abreschius ma[illegible] suam conjecturam ἐπιδώσεις male textui inseruit. BO.

Pag. 26. Αὐτῷ — διενοχλοῦντα) Suidas : διενοχλῶ σοι καὶ αἰτιατικῇ. Infra II. Ep. 13. Etc. ABR.

Pag. 26. Ἑτέρωσε παρατρέψω) Codex et Merceriana, ἑτέρως. Abresch. e conj. edidit ἑτέρωσε, quem Polyzoïs secutus est. BO. Non alibi facile sæpius quam in hoc libello in vocum fine aberravisse inveneris scribas : idem vereor ne hic quoque obstet, quominus legamus ἑτέρωσε. Philo Jud. p. 452 A. ἑτέρωσε — τὴν φορὰν ἔτρεψαν. ABR. Plato Rep. III. t. 6, p. 274. τὴν διάνοιαν ἄλλοσε τρέπειν. Aristoph. Eccl. 1142. ἑτέρωσε βλέπειν. Plato Theæt. II. 178. ἄλλοσέ ποι βλέποντα : De legg. l. 1. p. 16. οὐκ ἄλλο ἢ πρὸς τὴν — ἀρετὴν βλέπων : Heind. Spec. Conj. in Plat. p. 29. corr. ἄλλοσε. Cf. Charmid. p. 59. ed. Heind. ὡς οὐδεὶς ἄλλον ἔβλεπεν αὐτῶν. Heindorf. de suo dedit : οὐδεὶς εἰς ἄλλον. Codices exhibent, οὐδεὶς ἄλλος ἔβλ. At scribendum οὐδεὶς ἄλλοσ' (i. e. ἄλλοσε) ἔβλεπεν αὐτῶν. BAST.

Pag. 26. Σύνοικον ἔφθη, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκφυγ.—) Quorum pars desumta ex hoc Luciani D. XV. Ἐτ. Κροκάλη δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως ἔφθη ὑπεκφυγοῦσα παρὰ τὴν γείτονα. ABR. Glossa cod. ἔφθη· ἔφθασεν. BO.

Pag. 26. Ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν) Cf. not. infra ad I. epist. 19. fin. BO.

Pag. 26. βουκολήσωσι) Prima manus scripserat σουσι, sed correxit σωσι. Glossa : ἐξαπατήσωσι. BAST. Verbum

illustravit Wyttenb. ad Select. p. 380. Pœnitet me non reposuisse βουκολήσουσι, et reponat lector, rogo. BO.

Pag. 26. Εἰσπεπήδηκεν ἔνδον) Rursus habebit hæc verba Epist. 7. BO.

Pag. 26. Τῆς τε γαμετῆς ὧδε τὴν ἀκολασίαν ἐβόα) Sic lege cum codice. Alexis Athen. XIII. p. 568. ὥστε τὴν εὐπυγίαν ἀναβοᾷν τοὺς εἰσιδόντας. Athen. IX. p. 502. ἄκρατον ἐβόων, » clamore merum poscebant. » BAST. Editiones exhibent: τῆς τε γ. ὧδε· τὴν ἀκόλαστον ἐβόα— Quod variis tentatum fuit modis ab editoribus, et Hemsterhusio, et Tollio, aliis. Sed tentamina inutilia repetere supersedebo. Polyzoïs edidit, non infeliciter: τὸ ἀκόλαστον ἐβόα. BO.

Pag. 26. Ἐμὴν εὐνὴν οὔποτε χαίρουσα καθυβρίσεις) Frequens illud. Apul. IV. Miles. p. 84. » sed *non adeo* »*gaudens* ista quæcumque est meos usurpabit honores: » ubi vid. Pricæus, nec non Gavell. ad Luc. Tragop. 262. ABR. Xenoph. Ephes. V. τῆς δὲ Ῥηναίας εὐνὴν οὔποτε ὑβρίσεις χαίρουσα: ubi vide not. ed. Locellæ pag. 270. BAST. Codicis glossa ad εὐνήν· κοιτήν. Locutionem οὐ χαίρων illustrant etiam Toup. ad Long. § 16; Peerlkamp. ad loc. Xen. Eph. p. 354. BO.

Pag. 26. Ξίφος ἐπεζήτει) Jus Papinianum l. 15: » adulterii convictam vir et cognati, uti volunt, necanto. » LAMB. Ἐπεζήτει intellige, tanquam legeres, ἐζήτει ἐπ' αὐτήν. ABR.

Pag. 26. Εἰς καιρόν) Plautus Men. » non potuisti magis » *per tempus* advenire quam advenis. » Sic Græci εἰς ὥραν, ἐν ὥρᾳ. LAMB.

Pag. 26. Δέχου τὴν ἐσθῆτα) Obiter morem notes in votorum solennibus commodandi vestes, de quo cf. *Fleury* Hist. Eccles. t. 2, p. 536. can. 57. ABR. Vide et de hoc more quæ monet Bast. Ep. Crit. p. 137. ubi quam proponit in Artemidoro v. c. 53. emendatio, χρήσασθαι pro χρῆσθαι, jam fuerat a Reiskio proposita et a Reiffio in ordinem recepta. BO.

Pag. 26. Πεπλήρωκα τὴν εὐχὴν — ἀλαζονικόν) Glossa ad ἀλαζ. in codice : λείπει ἔστω. BO. Tollius, π. τὴν εὐωχίαν, vertitque, *absolvi epulas*; et illico μηδ. ἀλαζ. interpretatur *minime splendidas*. ABR. Fere placeret Tollii conjectura, si locutio πληροῦν εὐωχίαν posset firmari. Nam quid sit illud εὐχῆς vix intelligo, quo factum fuerit ut hæc muliercula apud juvenem, eumque ἐρωτικόν, cœnaverit. Quidquid sit, hoc tenendum vicinam apud Charidemum cœnaturam elegantiorem vestem a senis uxore mutuatam fuisse se simulare, et, ut fidem re faceret dictis, reliquias quasdam cœnæ secum attulisse, quas amicæ degustandas offert. In sermone hujus femellæ tam aureæ, tam commodæ, Abreschius nescio quas partes vult esse uxori, et omnia conturbat dum se conturbat ipse et frustra torquet. A δέχου — usque ad προτεθέντων ἡμῖν, omnia sunt vicinæ danda verba, et recte a Mercero data fuerunt. Sed in μηδὲν ἀλαζ. aliam fuisse scriptoris mentem

puto ab interprete non perspectam. Vicina, quæ non erat ditissima, quippe cui vestem sibi elegantiorem mutuari necesse fuerat, metuit ne amica ciborum partem sumere nolit; idcirco, πρὸς Θεῶν, ait, μηδὲν ἔστω ἀλαζονικόν : » ne sis arrogantior, et præ fastu tenues cibos, βραχέα τῶν » ὄψων, recuses : *Ne faites pas de façons.* » BO.

Pag. 26. Ἀνένηφε) Editi et codex, ἐνέφηνε. Varie tentarunt viri docti. Tollius proposuit, ἐνέχηνε, Hemsterhusius, ἐνέκλινε, Dorvillius, ἀνένηφε vel ἀνένηψε, Gavellus ἀνένηφε vel ἀνέσφηλε, alius ἐνένηφει, Reiskius, συνενένοφε, Abreschius alia pessima. Pauwius vulgatam tuetur, γέρων sumens cum emphasi, *apparuit senex*, se senem prodidit vere senem. Bastium sequi malui, quem audisis. BO. Lego cum Dorvillio ad Char. pag. 462. et Gavello ἀνένηφε, *resipuit.* Lucian. de Salt. t. 2, p. 315. de insaniente pantomimo : καὶ αὐτὸν μέντοι φασὶν ἀνανήψαντα οὕτω μετανοῆσαι. Achilles Tat. VII. p. 419. Liban. t. 4, 590. ὀψὲ δ' οὖν ἀνανήψας καὶ τὸν νοῦν εἰς ἑαυτὸν συλλεξάμενος. BAST.

Pag. 26. Μετὰ τῆς ὑπονοίας) Vide Phædr. ed. Vindob. p. 231. BAST. Hanc editionem qui non noverim, quid ibi reperiet lector nescio. Puto autem indicari libri III. fab. 10. BO.

Pag. 26. Ἐξέστην) » Scilicet τοῦ φρονεῖν vel τῶν φρενῶν, » Palairetus ait, hoc loco usus et aliis in Nova Bibl. Brem. IV, 154. ad D. Marci verba 3, 21, ἔλεγον ὅτι ἐξέστη : adde Albertii Observ. in eumdem locum. Liba-

nius t. 4, p. 190, II. σὺ δὲ ἐξέστηκας καὶ μελαγχολᾷς BO. Alc. III. 2. μέμηνας καὶ ἀληθῶς ἐξέστης. BAST.

Pag. 26. ὁμολογῶ) I. Epist. 6. et 17. ἠπλήθην, ὁμολογῶ. Nec alius color I. 22. et II. 13. Demosthenes t. 2, p. 45. T. ἥμαρτον, ὁμολογῶ: t. 3, p. 69. οὐκ ἀντεῖπον, ὁμολογῶ: t. 4, p. 147; t. 1, p. 265. Æschines in Ctes. p. 162. Augustinus Conf. I. 5. » habet quæ offendant oculos tuos, *fateor et scio.* » BO.

Pag. 29. Θεός τις εὐμενής) Charit. I. 12. Θεός μοί τις εὐεργέτης σε καλέπεμψεν: ubi Beck. male præfert εὐεργέτην. BAST.

Pag. 29. Καὶ ἀμφοτέρους) Sic codex. Mercerus conjicit ἢ ἀμφ. BO. Receptam lectionem tuentur Dukerus [ad Thucyd. VIII. 73.] et Pauw. Vide Crit. Vann. p. 604. ABR.

EPISTOLA VI.

Pag. 29. Ἐπομόσεις) Polyzoïs, ἐπομώσεις: male. Hujus loci sententiam plane expressit Destuchius in Naturæ vi 4. 12. ubi Julia Mathurinæ ipsius nutrici violatæ pudicitiæ arcanum aperit: » Jurez-moi de garder le silence. » Un seul mot me perdroit sans retour.... » BO.

Pag. 29. ὃ δ' ἂν εἴποιμι) Sic codex, et editi, præter Polyzoïs editionem, in qua ὅ, τι ἂν, quæ est Merceri

conjectura. BO. Non adsentior [Mercero]. Nam sic sequens τοῦτο non convenit. Verte: »quod tibi dicere velim.« Δὲ non peccat; et, si peccaret, mutarem ego in γε. PAUW. Vir doctus ap. Dorvill. Crit. Van. p. 609. ὃ ἄν. Illud ὃ δ' ἂν errore si vacat, vocula δὲ, hic pariter atque in Epist. 18. ὅπῃ δ' ἂν αἴσθοιο, ea virtute pollebit, quam istius generis pronominibus addit Lat. *cunque*. ABR. Hanc τοῦ δὲ virtutem egregie illustrat et asserit Bastius Epist. Crit. p. 219. Adde Schæf. ad Sophoclem ŒEd. C. 354. BO.

Pag. 29. Φυλάξειν ἀπόρρητον) Ut Lucian. Cauc. extr. φυλάττειν γὰρ ἄμεινον τὸ ἀπόρρητον. ABR. Sophocl. El. 1006. τὰ μὲν λελεγμένα Ἄρρητ' ἐγώ σοι κἀτελῆ φυλάξομαι. BO.

Pag. 29. Ὥς γε πρ. σὲ ταλ. εἰρῆσθαι) E Platonis Gorgia sunt desumpta [§ 40.], ubi, ὥς γε πρὸς σὲ τἀληθῆ εἰρῆσθαι. SCHURTZ.

Pag. 29. Ἀνακέκραγεν) Sambucus et Mercerianæ, ἀνακέκραγε. Mercerus proposuit ἀνακέκραγεν, quod receperunt Abr. et Polyz., quodque habet codex. Aristæneto, monente Abreschio Diluc. p. 265, obversabatur Æschinis locus hic Epist. 10. ὁρᾷς, τίτθη, τὸν Σκάμανδρον, ᾧ τὴν παρθενίαν ἔδωκα· καὶ ἡ τίτθη ἀκούσασα ἀνέκραγε· καὶ τὸ πρᾶγμα ἔκπυστον γίνεται. Cod. Mazar. A 87. ἔκπ. γέγονεν. BO.

Pag. 29. Ω Σωφρόνη) An nomen proprium? Dubito, et

scribendum videtur, ὦ σωφροσύνη, ut literarum compendia obfuerint imperitis. Idem mendum ap. Aphthon. in Progymn., ut plerique putant. PAUW. Bernard. ad Anon. Introd. Anat. p. 5. corrigendum putat, ὡς ἄφρων εἶ. Reisk. [*ibid.*] in Add. ad p. 82. ὦ [*saltem* ὦ] σωφρόνει. ABR. Proprium hoc nomen apte defendit Bastius Ep. Crit. p. 219. BO.

Pag. 29. Ἔχε ἡσυχῇ) Forte, ἡσύχη. Aristoph. Plut. 127. ἔχ' ἥσυχος. BO.

Pag. 29. Μή τις τῶν ὠτακουστῶν ὑποκλέψῃ τὸν λόγον) Glossa codicis: τῶν περιέργως ἀκουόντων. Soph. El. 1523. Σιγᾷν ἄμεινον μή τις ἔνδοθεν κλύῃ. Plaut. Stich. I. 2. 45. » Nunquis his est alienus nostris dictis auceps auribus? » BO. Pacuvius sic: » ex occulto *sermonem clapere.* » Ὠτακουσταὶ Græcis sunt quos Latini *arbitros* vocant. Gloss. Vet. ὠτακουστής: *auricularius.* Suidas sub ὠτακουστεῖν. Etc. LAMB.

Pag. 29. ὦ φίλη) Ita Sambucus. In Mercerianis et Pauwiana ὦ est omissum. E codice nihil fuit enotatum. Basilius Libanio inter Libanianas Epist. 1598. ἀνέγνων τὸν λόγον, σοφώτατε: Codex Reg. 2991 A. ὦ σοφ. Libanius t. 4, p. 573, 13. διὰ τί, πάτερ; Cod. Reg. 3017. διὰ τί, ὦ πάτερ. Rursus p. 579, 30. ἴθι δὴ, ὦ πάτερ: ibi codex omittit ὦ. Tanta est in his varietas librorum et inconstantia. BO.

Pag. 29. Νὴ τὴν Ἄρτεμιν) Apte jurat Dianam; ut pote

quæ virginitatis præses est, seu, ut canit Catullus, cujus sunt » in fide puellæ et pueri integri. » Etc. LAMB.

Pag. 29. Σωφρονεῖν) Cf. not. p. 296. Ad sensum conferri meretur elegantissima Medeæ Ovidianæ oratio in M. VIII. 18 »…. *Si possem, sanior essem;* Sed trahit in- » vitam nova vis, aliudque cupido, Mens aliud suadet; » video meliora proboque, Deteriora sequor. » BO.

Pag. 29. Καθ' ὅσον ἠδυν. σμ. δὲ οἷα ἦν) Editiones ante Abreschium, οἷα, et sic cod. Polyzoïs servavit οἷα. Permutatio vocularum οἷα et οἷα est perpetua. Notavi de illa ad Herodianum, ad Planudem. Occurret iterum infra II. 5. BO. Sumta autem sunt illa ex Platon. Ep. VIII. p. 713 G. ἤμυνον μὲν οὖν καθ' ὅσον ἠδυνάμην· σμικρὰ δὲ οἷός τε ἦν. Unde et hic legam οἷα. ABR.

Pag. 30. Δίχα μοι γέγονε τὰ νοήμ.) Editiones, ante Abresch. et Polyz., γεγονέναι. Atque ita codex. Mercerus conjecit γέγονε. BO. Edi jussi pro ut emendaverat Mercerus. Sed parcit syllabæ sic pereunti peritia Bernardi ad Synes. de Feb. p. 283. Restituit enim γέγονεν ἀεὶ τὰ ν. ABR. Non parcendum fuit pereunti syllabæ. Nec parcendum syllabis pereuntibus in Pselli libello de Dæmon., ubi editur p. 9. κακοποιεῖναι pro κακοποιεῖν, p. 29 et 42. μαθεῖναι pro μαθεῖν, p. 37. παθεῖναι pro παθεῖν, p. 49. διαποῤῥεῖναι pro διαπορεῖν, p. 50. ῥᾳδιουργεῖναι pro ῥᾳδιουργεῖν, p. 70. ἐκπεσεῖναι pro ἐκπεσεῖν, p. 93. καλεῖναι pro καλεῖν. Hæc barbara appendicula orta videtur e nescio quo calami ductu male intellecto. BO. Callim. H. in Jov.

Ἐν δοιῇ μάλα θυμός. Hom. Il. π. Διχθὰ δέ μοι κραδίη μέμονε φρεσὶν ὁρμαίνοντι. Etc. LAMB.

Pag. 30. Διελογ. πρὸς ἐμαυτόν) Simile huic loquendi genus apud Plautum : » Deinde egomet *mecum cogitare* » inter vias Occœpi. » Etc. LAMB.

Pag. 30. Ἀμελ. τοῦ πόθου) Emendatio Merceri pro τῷ πόθῳ, recepta ab Abresch. et Polyz. Codex perspicue τῶ πόθω. BO. Suspicatur Bernardus l. d. p. 19. scriptum fuisse, πειθ. τῷ ἔρωτι, ἢ ἀμιλλήσω τῷ πόθῳ; Tollius : ἢ μελήσομαι τῇ αἰδοῖ; vertitque » serviam, obsequar pu- » dori? » Vir doct. ap. Dorvill. ἢ μελλήσω τὸν πόθον; si quid ulterius requireretur, legi quoque posset, ἢ μεθήσω τὸν πόθον. ABR. Xenoph. Ephes. 1. p. 15. πόσον ἐβράδυνας ἐρῶν χρόνον; πόσον ἠμέλησας; BAST. In Bernardi conjectura ἀμιλλήσω exemplum habes activorum istorum quæ critici imprudentes invitis usus legibus procudunt : fuse monui de illis barbarismis p. 231. BO.

Pag. 50. Ἀμφότερά με κρατεῖ) Εἶτα requirit ἐκράτει. Nunc κρατεῖ ab εἶτα abhorret, et male cum præcedentibus conspirat. PAUW. Interpres με κρατεῖ reddit, veluti si legisset μ' ἐκράτει. Converso verborum ordine patebit præsens subsistere, hoc modo : διελ. δὲ πρ. ἐμαυτόν· ἀμφ. με κρατεῖ· πειθαρχήσω—πόθου; ABR. Non ad hanc conversionem fugiendum. Res satis plana per se. Nec mox κλίνω fuit vertendum *inclinavi*. Nihil est absurdi aut insolentis in hac per præsens tempus enunciatione. Codex perspicue, με κρατεῖ. Quæ adtulit similia dubitationis

exempla Abreschius, ex ejus Lectionibus sibi petant qui illa desiderabunt. BO.

Pag. 30. Πρὸς τὸν ἔρωτα) Addit πρὸς τ. ἔ. ne non statim lectori fieret apertum quo valeret illud ἐπὶ θάτερα. Et sic solent scriptores, in primis cum voculis μὲν et δὲ, quoties ἀσάφεια oriri posset, nomen alterum repetere: ut inter plures alios, Lucianus D. D. xv. 3. ABR.

Pag. 30. Ὡς φυτὸν) Adi Barth. ad Stat. III. Silv. 5. 16. ABR. Nilus de Octo vitiis c. 2. p. 362. Θάλλει βοτάνη ἑστῶσα παρ' ὕδατι καὶ πάθος ἀκολασίας ἐν συντυχίᾳ γυναικῶν. Plautus Trin. I. 1. » mores mali, *Quasi herba* » *irrigua*, succrevere uberrime. » BO.

Pag. 30. Ὑπερεφύετο) Sic Sambuc. et Codex. In Mercerianis ὑπεφύετο, vitio typographico. BO.

Pag. 30. Ἠττήθην, ὁμολογῶ, τῆς) Secunda manus in codice addidit ὑπὸ ante τῆς, sed ut scholium. De dicendi colore cf. p. 324. BO.

Pag. 30. Πρεσβῦτις) Sic omnes: vulgatior tonus, πρεσβῦτις. BO.

Pag. 30. Τὸ πραχθὲν οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι) Editiones primæ, ἔχει. Mercerus conjecit ἔχοι, receptum ab Abreschio et Polyz. Codex ἔχει habet a manu prima, ἔχοι ab altera. BO. Huic simile quod Plautus dicit Aul. IV. 10. » factum est illud; fieri infectum non potest. » Cui affine Phocylidis illud quod inter Sibyllina Oracula VIII. [p. 411.] Idem sentit Aristoteles VI. Ethic. c. 2. τὸ δὲ γε-

γονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι : qui ibidem citat Agathonis versus. LAMB. En locum Phocylidis v. 50. Οὐ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. Conferendus Lucian. Hist. Conscr. 38. ἀλλ', οἶμαι, τὰ μὲν πραχθέντα οὐδὲ Κλωθὼ ἂν ἔτι ἀνακλώσειεν, οὐδ' Ἄτροπος μεταστρέψειε. Demosth. Leptin. 52. τὰ ἔργα τὰ πραχθέντα ἐστὶν, ἐπειδήπερ ἅπαξ ἐπράχθη. Idem Procem. 20. οὐ γὰρ ἂν τά γ' ἤδη γεγενημένα κωλῦσαι δυνηθείημεν τῇ νῦν βοηθείᾳ. Idem Ol. 3. t. 1, p. 33. ut Noster : τὰ μὲν δὴ τότε πραχθέντα οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι. Pindarus Ol. 2. 29. τῶν δὲ πεπραγμένων ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν ἀποίητον οὐδ' ἂν Χρόνος, ὁ πάντων πατὴρ, δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος. Horatius: » non tamen irritum, Quodcumque retro est, efficiet, » neque Diffinget infectumque reddet Quod fugiens semel » hora vexit. » BO.

Pag. 30. Μηδὲ περαιτέρω ἐξαμάρτανε) Polyz. edidit μηδέν. BO. Non disparile hoc Heliodori 1. p. 34. ὅρα μὴ καὶ τὰ δεύτερα σφαλῇς. Joh. c. 8. 11. ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι ἐξαμάρτανε : ubi de hoc usu verbi ἁμαρτάνειν plura philologi. Adde Xenoph. Eph. v. p. 86. ABR.

Pag. 30. Προσήκοντι) Editiones omnes et Cod. προσήκοντι. BO. Ἐπὶ προσήκοντι τῷ χρόνῳ bonum est; ἐπὶ προσήκ. τῷ πράγματι malum. Quid igitur? Legendum arbitror ἐπὶ προήκ. Utrumque, et πρᾶγμα et χρόνος, amat vocem προήκοντι. PAUW. Προήκοντι legit Mercerus in versione, et vir doct. ap. Dorvill. Crit. Van. p. 605. ABR. Legendum προήκοντι. Heliod. 1. p. 75. γήρᾳ τε προήκοντος :

hi cod. Vindob. male προσήκοντος. Philostr. Her. p. 694. προήκοντος ἤδη ἐς ὠμὸν γῆρας. Apud Parthen. c. 30. in narratione rei similis legitur, χρόνου περιήκοντος. BAST. Hoc est rarum in Parthenio, qui sæpissime utitur formula χρόνου προϊόντος : v. c. p. 4, 10, 36, 45, 58. BO.

Pag. 30. Κατάφωρος) Editiones primæ et cod. κατάφορος. Abresch. ex emendatione Merceri, κατάφωρος, et sic Polyz. BO. Lege κατάφωρος. Plutarcho Mars et Minerva [*Venus*. HUET.] κατάφωροι, in adulterio prehensi. MERC. Non bene, ut mihi videtur; nam de puella agitur, quæ cum viro concubuerat, sed non ex viro conceperat. Πρὶν κατάφορος γένῃ, antequam peccandi consuetudinem acquiras et in congressus venerios *prono ac lubenti animo ruas*, itaque fias libidinis manifestæ. Etc. PAUW. Nondum metu ac sollicitudine libera nutrix, ne, licet admonitionis suæ puella memor cautior in posterum esset, ex semel jam commisso crimine consequeretur, quod futurum augurata fuerat, si pergeret peccare, deos precatur celeres ei annuant nuptias, antequam tumens uterus proderet factum. Ut adeo recte viderit Mercerus κατάφορος stare non posse, sed scribendum κατάφωρος. Sic κατάφωρον γίγνεσθαι in Ælian. XII. V. H. 58; Achill. Tat. II. p. 103. VIII. 501; et quos non alios? Editum, prætorquam quod sensus respuit, vereor ut ita nudum, destitutumque re εἰς sive πρὸς ἣν quispiam dicatur κατάφορος, repereris facile. ABR.

Pag. 30. συνεπινεύσουσιν) Lege συνεπινεύσωσιν. MERC.

Male vide L. 1. [p. 9.] BAST. Male Mercerus. Noster II. Epist. 1. εἴθε ἐπαινέσομαι: ep. 5. εἴθε θεάσομαι. Epist. II. extr. εἴθε συνῴχουν. Præpositio σὺν eo opinor tendit, ut comprehendat puellæ parentes; quasi nempe dedisset Auctor: ἀλλ' εἴθε σοι γ. τ. σὺν τοῖς τοκεῦσιν ἐπινεύσουσιν οἱ θεοί. ABR. Polyzoïs edidit συνεπινεύσωσιν. BO.

Pag. 30. Εἰς προῖκα) Dos in solennibus nubtiarum et Romano veteri jure et Canonum ac Conciliorum antiquorum præscribto, quam necessitatem postremo Justinianus sustulit. Sed olim ita fuit: ideo vix nubtiarum mentio, quin dotis simul; adeo ut etiam in fictis nubtiis usurpetur, quales illæ Neronis cum Pythagora, apud Tacitum, Sulpitium, Victorem; Gracchi cum cornicine, ap. Juvenal. S. 11; Silii cum Messalina, ap. eumdem Juvenal. X. ubi recte: » et ritu decies centena dabuntur *Antiquo*. » Recteque Glossæ veteres: » dos scilicet » inquiunt » secundum morem »: nam in hoc ritus antiquus quod dos dicta, non quod decies centena dicta doti; quæ nec summa legitima et solennis, ut videtur viro docto: alioqui frustra sint ICti qui facultates expendunt doti dicendæ, si agnoscimus legitimam dotis quantitatem, non discretis conditione, familia, natalibus. Neque rursus, quod alteri viro magno placet, summa ea dotis maxima prisca ætate; immo maxima ea summa etiam Augusti et sequentium imperatorum ævo: Seneca consol. ad Albiam; Plutarchus in Antonio; Martialis; Tacitus; Papinianus. Utrique errori caussa ex illis verbis *ritu antiquo*, quæ, ut dixi, bene explicant Glossæ veteres, quas edidit P.

Rhoeus, vir doctissimus et natus bono literarum. MERC.
Pag. 50. Δεηθῇ τι) Editiones omnes et cod. δεήθιτι. BO. Scribe δεηθήτω. PAUW. Scriptum suspicor fuisse δεήσει, vel δεήσῃ. ABR. Forte δεηθήσεται. Jo. Chrysost. t. 8, p. 12 A. εἰ γὰρ ὁ τοῖς ἄλλοις καθηγησόμενος ἑτέρου δεηθήσεται τοῦ στηρίξαι δυνησομένου. Artemid. II. c. 56. ἐπιδεηθήσεται : ubi male vertitur. Lexic. Coisl. Ἄλλος Ἀλφάβητος [in Anecd. Bekker. p. 90, 8.] : Δεοόμεθα, ἀντὶ τοῦ δεηθησόμεθα. Ἐπίχαρμος Δευκαλίωνι. Locella, δεηθῇ. Lucian. t. 4, p. 244. ἂν δεηθῇ. BAST. δεήθη τι. HUET. Scripsi δεηθῇ τι, quod idem prorsus sonat ac δεήθιτι. Huetius hoc volebat, sed peccavit in accentu. BO.

Pag. 50. Τί φῂς, ὦ μ.) Vid. Barth. ad Stat. I. Silv. 2. 211. ABR.

Pag. 50. Μηδὲν δείσῃς) Sambuc. μ. δείσεις. Mercerus correxit δείσῃς, quod non recepit Abresch., δείσεις nihilo deterius esse putans. Polyzoïs, δεήσεις. Codex bene, δείσῃς. Bastius apte contulit II. epist. 22. ubi μηδὲν δείσῃς. BO.

Pag. 50. Τηνικαῦτα) Sambucus, Mercerianae, Abresch. τηνικαύτην. Polyzois, τηνικαῦτα, quae est optima Merceri conjectura, codice firmata. BO. Mihi haud displiceret τηλικαύτην, ut illico intelligatur nutrix puellam, quod promittit, docere velle. Fabrottus, quod me docuit Dorvill., Exercit. III. 59. τηλικαύτην. ABR. τηνίκα αὐτή. REISK.

Pag. 50. Ἡ πρὸ γάμου — γυνὴ, παρθένος) Dorvillii in-

dicio didici Jac. Gronovio ad Maneth. VI. 184. visum fe[...] Aristænetum hic eum imitatum esse. ABR. Manetho ig[...] l. d. Ἐξαπίνης ἐγένοντο λάθρης πρὸ γάμοιο γυναῖκες : [...] scrib. λάθρη, vel λάθρῃ. Adscriptum ἰῶτα in λάθρηι pe-perit λάθρης : de quo supra monui pag. 319. Discrimen vocum γυνὴ, κόρη, παρθένος, tractavi ad Nicetam p. 396. non neglecto hoc loco, nec alio I. Ep. 14. Theocritus 27, 64. Παρθένος ἔνθα βέβακα· γυνὰ δ' εἰς οἶκον ἀφέρπω. B. vir doctiss. huc referri posse putat Theocritum 18, 38 : Ὦ καλὰ, ὦ χαρίεσσα κόρα, τὺ μὲν οἰκέτις ἤδη. quem sic legere vult audacius, qui ejus est mos : ὦ κ. ὦ χαρίεσσα, κόρα τὺ μὲν οὐκέτ' ἔσῃ δή. Fontainius in Nicasio : » Son » ami, pour la faire *femme*, Prend heure avec elle au » matin. » Pannardus t. 1, p. 198. » Une *fille* n'est bonne » qu'à devenir *femme*. » BO.

EPISTOLA VII.

Pag. 33. ΚΥΡΤΙΩΝ ΔΙΚΤΥΙ) Apud Alciphr. I. 2. Γαληνὸς Κύρτωνι. BAST. Nomina desumtá sunt ex ipso Epistolæ argumento, ut in Ep. 3, quæ in descriptione loci amœni, platano et floribus ornati, versatur, Φιλοπλάτανος Ἀνθοκόμῃ scribens ab Auctore inductus fuit. Nunc Κυρτίων piscator, a κύρτῳ vel κύρτῃ nomine apte derivato, piscatori, cui nomen a δικτύῳ, capturam describit non captam. BO.

Pag. 33. Μέχρις ἂν ἀπολούσηται) Melius, si Kusterum audias Diatr. de V. Med. § 9. (sed cui ego non accedo, qui utrumque dici novi) illud quam in ipsa Epistola, μέχρις ἂν ἀπολούσω. ABR.

Pag. 33. Μάλιστα γυμνωθεῖσαν) Haud ineptum scholium est τοῦ καταγυμνωθεῖσαν [mox in ipsa Epistola legendi]. ABR.

Pag. 33. Κατὰ πέτρας) Piscatores olim maxime in scopulis piscatum exercuisse notat Meurs. in Lycophr. [46.] et probat id ipsum testimoniis [plurimis], et hujus nostri Aristæneti. Similis Senecæ ille locus in Herc. Fur. Chor. I. » Hic exesis pendens scopulis » etc. Neque aliam ab caussam puto Neptunum a Pindaro πετραῖον vocari, licet Schol. diversum quidem sentiat ad P. IV. LAMB. Vide interpretes Petron. c. 3. BAST.

Pag. 33. Τοῦ καλ. κυρτουμένου) Theocr. in Piscat. 47. Τὸν κάλαμον δ' ὑπὸ τοῦ κινήματος ἀγκύλον εἶχον. BO.

Pag. 33. Κάλλος αὐτοφυές) Quod Philostr. II. Icon. 9. κάλλος ἀσκεύαστον. Cf. Jun. de Pict. Veter. III. c. 6. § 4. Etc. ABR.

Pag. 33. Φέρουσα) Cf. not. ad Nicet. Eugen. p. 73, 441. Infra I. 10. ἐρύθημα φέρον τῶν ῥόδων. Jo. Chrysost. de Educat. p. 4. Combef. τῆς νεότητος φέρων τὸ ἄνθος. BO.

Pag. 33. Ἑτέρα πολλῷ βελτίων — ἄγρα) Sambuc. et Codex, βελτίω. BO. Nolui mutare, quia consensum video

perpetuum in omnibus his vocibus, ut eas non inflect[...] quamvis contra grammaticos canones. Infra Ep. II. καλ-λίω. 12. τοῦ βελτίω βίου. 14. μείζω. MERC. Canonum grammaticorum sine dubio habenda est ratio. Quare, et hic et alibi, scribendum est ut dictant. PAUW. Abresch. et Polyz. recte βελτίων. Sic quoque Merceriana quarta, Abreschio teste. BO.

Pag. 33. ἔσχατον χιτωνίσκον) Editiones omnes et cod. χειτ. quod Abresch. tentat defendere: mirum! Mercerus proposuerat χιτ. quod tandem recepi. BO. Vir doct. ap. Dorv. conjicit ἐχέσαρκον: duce, quod suspicor, Athen. XIII. p. 590 F. ubi de Phryne: ἐχέσαρκον γὰρ χιτώνιον ἠμπείχετο. ABR. Major est Platonis auctoritas, quem Aristæn. imitatur. Dictum ejus memorat Athen. XI. p. 507 D. ἦν ὁ Πλάτων καὶ φιλόδοξος, ὅστις ἔφησεν· ἔσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ ἀποδυόμεθα: ubi vid. Casaub., et Th. Gatak. ad M. Anton. XII. p. 360; de Rhœr. ad Porphyr. Abst. I. 51. Imitatur quoque Julian. Or. II. p. 96 C. τὸν ἔσχατον ἀποδύσασθαι χιτῶνα τῆς φιλοτιμίας. WYTT. Nolim equidem dicere Aristænetum hæc verba e Platone sumsisse; nam ἔσχατος χιτωνίσκος ex iis erat locutionibus quas usus quotidianus frequentabat, nec qui his verbis proprio sensu et vulgarissimo utitur scriptorem qui illa metaphorice transtulit respexisse dicendus est. Joannes Geometres Parad. 13. ἀφεὶς καὶ τὸ χιτώνιον αὐτό: ubi scholium in cod. Regio 164. inter *Titulos*: τελευταῖον. BO.

Pag. 33. ἐξέστην) Vid. not. p. 323.

Pag. 33. ἐξέλαμπε) Hoc verbum de pulchritudine et venustate, quæ ferit oculos ac perstringit, illustrat Ilgen. Opusc. Acad. t. 1, p. 30. BO.

Pag. 33. ξανθὴ παρειά) Est hic ξ. παρ. quæ Ep. 1. init. λευκαὶ ἐπιμὶξ καὶ ὑπέρυθροι παρειαί. Plato Tim. p. 542 D. λαμπρόν τε ἐρυθρῷ λευκῷ τε μιγνύμενον ξανθὸν γέγονε. II. Ep. 21. φύσεως αὐτόσκευον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς. Lat. itidem *croceæ, purpureæ, roseæ*. Αἷμα ξανθὸν dixit Philo Vit. Mos. 1. p. 477 B. et Oppian. II. Halieutic. 452. ABR.

Pag. 33. Ἀνθηρότερα) Auctoribus Mercero et Pauwio addidit δὲ Abreschius, quem sequitur Polyzoïs. Vocula non est in codice; possumus ea carere, nec eam sumsi. Δὲ post μὲν abesse posse jam non semel notatum est a viris criticis: cf. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 282; Heind. ad Phædon. 2; Matthiæ Gramm. Gr. Abesse videtur et infra 1. 13. extr. Non abest ab hac sententia Gregorii Cyprii Encom. Maris p. 4. εἰδότες εἰσὶ ὡς μὲν χαλεπὸν τοῖσδ' ἐπιχειρεῖν, ὡς ἀνάγκη καὶ τοὺς λόγους ἥττους ἀεὶ τῶν πραγμάτων συμβαίνειν: legendum e cod. Reg. 3010:..... ὡς μὲν χαλεπὸν τοιούτοις ἐπιχ., ὡς δ' ἀνάγκη.... BO.

Pag. 33. Φιλονεικίᾳ) Editt. omnes, φοινικίᾳ. Codex, φοινικίᾳ. BO. Videtur legendum συνοικίᾳ. MERC. Non male: acutius tamen et melius, nisi fallor ego, κοινωνίᾳ. PAUW. Forte, φιλονεικίᾳ. Callistratus p. 894. χαίτην —

ἐκ τῶν ἄκρων πρὸς κόχλου Τυρίας ἄνθος ἐρίζουσαν. BAST. Hanc emendationem palmariam vocavi ad Nicetam p. 21 ubi vide multa quæ ad illustrationem locutionis faciunt. Addo nunc Ovidium M. 14. 794. » Alpino modo qui » *certare* rigori Audebatis, aquæ. » Lynceus Athenæi III. 8. τὰ δὲ ἐρινεὰ τοῖς λακωνικοῖς, ὥστε συκάμινα σύκοις, δοκεῖν ἐρίζειν. BO.

Pag. 33. Εἰσπεπτώκηκεν ἔνδον) Jam habuit Epist. 5. p. 26. BO.

Pag. 33. Παρενήχετο τῇ θαλ.) Mercerus vertit *supernatavit*, quod vereor ut admittat compositi ratio. Παρεν. placuisse videtur Auctori, respectu habito ad oram littoris. ABR. Παρεν. τῇ ἀκτῇ. REISK. Si puella παρενήχετο τῇ ἀκτῇ, vel τῇ θαλάττῃ, respectu habito ad litus, non addidisset auctor, ἦν γὰρ ἀτάραχον τὸ κῦμα. Ex hoc γὰρ patet eam fuisse Aristæneti mentem, ut puellulæ natationem paullo audaciorem, etsi citra periculum, describeret. Oram legere natando debuisset, si τὸ κῦμα non fuisset ἀτάραχον. Credo puellam fluctus celeres natatu celeri æmulatam fuisse : eosque vincere potuit, saltem vincere non desperavit, quod ἀτάραχοι ἦσαν καὶ γαληναῖοι. BO.

Pag. 34. Τῷ ἀφρῷ — παρισοῦτο) Ossianus qui vulgo fertur in *Sul-malla* : » her high-heaving breast is seen » white as foamy waves that rise by turns amidst rocks. » BO.

Pag. 34. Θρυλλουμ) Samb. et cod. θρηλλ. Mutationem

oposuit Mercerus, receperunt Abr. et Polyz. BO.

Pag. 34. ῴήθην—ὁρῷν) Editiones, præter Polyzoïcam, ῶν. BO. Si ὁρῶν tueri velis, hunc instituas verborum rdinem: ὁρῶν (αὐτὴν) ᾠήθην ἄν τινα τ. θ. N. (ὁρῷν). lioqui leg. ὁρῷν. Aristæneto magis congruere ὁρῷν, quam *legantius* [!!] ὁρῶν, judicat Reiskius. ABR. Codex primum habuit, ὁρῶν: deinde ipse librarius correxit ὁρῷν. BAST.

Pag. 34. Ἀνίσχουσαν) Glossa codicis: ἀνατέλλουσαν, ἀναδύουσαν. BO.

Pag. 34. Οἱ ζωγράφοι) Ad Apellem respexisse videtur in cujus ἀναδυομένην Venerem hodie exstat elegantissimum illud Antipatri Sidonii epigramma [in Anal. 32.]: Τὰν ἀναδυομέναν ἀπὸ μάτερος ἄρτι θαλάσσας κτλ. LAMB. Philostratus Ep. 67. qui Nostro obversabatur: οὕτω καὶ τὴν Ἀφροδίτην γράφουσιν οἱ ζωγράφοι τὴν ἀνασχοῦσαν ἐκ τῆς θαλάττης. Idem Ep. 21. εἰ δὲ ἀνυπόδητος (Codd. Reg. 1696. Vat. 140. ἀνυπόδετος, minus bene forsan.) ἐβάδιζεν (Venus), ὥσπερ ἄνισχεν (Vatic. ἀνέσχεν) ἐκ τῆς θαλάττης, οὐκ ἄν ποτε εὐπορίσαι (Codd. εὐπόρησε, bene) σκωμμάτων—ὁ ἀλιτήριος (Momus). Ceterum de Venere ἀναδυομένῃ cf. omnino Ilgen. Opusc. Acad. Diss. I. BO.

Pag. 34. Ἐπεδίδουν) Ἀπεδίδουν. REISK.

Pag. 34. Προσπαίζων) Editiones omnes προσπελάζων. Codex, προσπέζων. Solennis est illa vocalium αι et ε synchysis, in quam per utramque paginam inciderunt qui

codices græcos nobis descripserunt boni antiquarii. Syntipas in Epimythio fabulæ 40 : ὁ μῦθος δηλοῖ ὡς τοῖς δυσπραγίαις ὑπὸ δυναστῶν περιπίπτουσι πάντες οἱ ἐντυγχάνοντες μισητῶς ἐπιβαίνουσι. Codex, ἐπεμμένουσιν : unde conjecit Matthæius *forte* legendum ἐπεμβαίνουσιν : imo certissime; nam et ϐ et μ frequenter ob parilem formam permutantur. BO. Lege προσπαίζων, pro vitioso προσπέζων. I. 25. προσπαίζουσα τῷ μειρακίῳ. Achill. Tat. II. c. 20. BAST. quem cf. Specim. p. 43.

Pag. 34. Πειρώμενος) Cf. ad Ep. IV. p. 296.

Pag. 34. Σεμνή) Pro σεμνὰ priorum editorum, Abresch. edidit recte, ut et Polyz., σεμνή. Codex, σεμνή. I. 16. βλέμμα σεμνὸν opponitur τῷ ἐρωτικῷ. I. 10. p. 45, 4. σεμνὴ παρθένος. II. 18. mulier non severa nimis dicitur ὑπόσεμνος. Quos Ovidius M. III. 282. *thalamos* dicit *pudicos*, σεμνοὺς θαλάμους in versione Planudes vocat. Basilius M. Orat. II. de jejunio γυναῖκα σεμνὴν παλλακίσι opponit et ἑταίραις. Adde Loc. et Peerlk. ad Xenoph. Eph. p. 343. BO.

Pag. 34. Βλοσυρά) Glossæ codicis : καταπληκτική, φοβερά. BO.

Pag. 34. Μετ᾽-ὀργῆς) Exempla collegit Palairet. ad D. Marc. 3, 5. in Nova Bibl. Brem. IV. 151. BO.

Pag. 34. Πρόσωπον θυμουμένη καλλίων) Scribe potius θυμουμένη κάλλιον. PAUW. Habet θυμουμένη Merceriana tertia, cum καλλίων. Καὶ θυμουμένη γέγονε καλλίων τὸ

πρόσωπον. Nil ultra requiram. Infra Ep. 19. κοσμηθεῖσα τὴν ὄψιν ἐδόκει βελτίων. ABR. Theocrit. id. 23. 17. ἀλλὰ καὶ οὕτως ἦν καλός· ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς. BAST. Plato Charm. p. 158 C. ἀνερυθριάσας οὖν ὁ Χαρμίδης πρῶτον μὲν ἔτι καλλίων ἐφάνη : quod potuit Aristænetus respicere. Plutarchus de Prof. p. 84 F. Πανθείας καὶ δάκρυα καὶ κατήφεια πενθούσης ἄρα καὶ κεκακωμένης ἐξέπληξε τὸν Ἀράσπην. Frequens antithesis apud Ovidium. Sic Met. I. 527. de Daphne admisso cursu fugiente : » Tum quoque visa decens; » I. 612. de Ione : » Bos » quoque formosa est; » IV. 230. de Leucothoe pavente : » Ipse timor decuit; » ubi not. Gierig. : 329. de Salmacide cujus ora notavit rubor : » sed et erubuisse decebat; » A. A. I. 126. de Sabinis raptis : » Et potuit multas ipse » decere pudor; » A. II. 5. de amasia : » Spectabat ter- » ram; terram spectare decebat. Mœsta erat in vultu; » mœsta decenter erat. » Et aliis talia placuerunt. Tassus *Gerus.* II. 39. » Armò d'orgoglio il volto e si compiacque » Rigido farlo; e pur rigido piacque. » Fontainius in Adon. » Là se fondant en pleurs, on voit croître ses » charmes. » Idem de Matrona Ephesia : » Jeune et belle, » elle avoit sous les pleurs de l'éclat; » et sub Stratagematis finem : » Elle rougit, et n'en fut que plus belle. » Plura possent addi. BO.

Pag. 34. Ἡδύ) Glossa codicis, ἦν. BO.

Pag. 34. Φῶς μᾶλλόν ἐστιν ἢ πῦρ) Editiones omnes, φ. μᾶλλον δὲ ἢ π. quæ verba Reiskius delebat, temere et ab-

sone, ut solet. Codex ἐστίν. Compendium non fuerit intellectum a Sambuco, qui sic jam supra peccavit p. 22. Q. Mæcius Epigr. I. pariter φῶς et πῦρ opponit : θερμαίνει μὲν ὁ καλὸς Κορνήλιος· ἀλλὰ φοβοῦμαι Τοῦτο τὸ φῶς ἤδη πῦρ μέγα γιγνόμενον : ubi vide Jacobs. BO.

Pag. 34. θαλάττῃ) reposui pro edito θαλάσσῃ, ut in eadem eaque brevi Epistola vocis ejusdem alia et alia non esset scriptura. BO.

Pag. 34. Ἀμήχανος) Sic Apollon. Rhod. III. Βῆ κενεαῖς σὺν χερσὶν ἀμήχανος. LAMB.

Pag. 34. Ἤγρευσα) De insidiis amantium : vide quos laudat Jacobs. ad Anal. Gr. vol. I. t. 2, p. 193. et Lucian. Toxar. 14. BAST. Cf. quæ modo monebam p. 315. ad ἀγκιστρεύει in Epist. V. Adde Schott. ad Diogenian. VII. 16. Non inepte conferetur Waller. *on St.-James's Park*: » The ladies angling in the crystal lake Feast on the waters with the prey they take; At once victorious with their lines and eyes, They make the fishes and the men their prize. » BO.

EPISTOLA VIII.

Pag. 34. ἘΧΈΠΩΛΟΣ) Codex et editiones Mercerianæ, ἐχέπολος. Merceri conjecturam Ἐχέπωλος receperunt Abresch. et Polyz. BO.

Pag. 34. Εὖ γε τῆς εὐπρεπείας!) II. 5. εὖ γε τῆς φωνῆς, εὖγε τῆς λύρας! Theophylactus Sim. Q. Phys. p. 16. εὖ σοι τῆς ἐπιστήμης! εὖ γε τῆς πλατάνου! nam sic legendum, non τῶν πλατάνων, monui p. 265. Cf. p. 563. BO.

Pag. 34. Ἀμφοτεροδέξιος) Proprie dicitur ὁ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὁμοίως χρώμενος: qui etiam ἀμφιδέξιος, περιδέξιος vocatur. Etc. LAMB. Hoc adjectivo utitur Scholiastes Philostr. Her. p. 611. Cf. Notit. MSS. t. XI. part. 2. p. 132. BO.

Pag. 37. Ὑπερφέρει τῷ τάχει) Euripides Hec. 272. Κάλλει θ' ὑπερφέρουσαν. Cf. quæ notavi ad Marin. p. 79. Adde Elmsleium ad Heracl. 554. et Abresch. infra ad I. 24. BO.

Pag. 37. Οὐκ ἐδάμασεν Ἔρως) Ad rem cf. Horat. A. P. 414. ubi » abstinuit venere et vino » de iis qui in certaminibus superant adversarios. Adde Clem. Alex. Pæd. II. 10. ἀπεχόμενοι ἐν τοῖς ἀγῶσι τῶν ἀντιπάλων περιγίνονται. BAST. Sed vide infra p. 346.

Pag. 37. Περιπόθητος Ἄδωνις ταῖς ἑταίραις) Vide Barth. Advers. XX. 21. ABR. Adoniorum festum meretrices celebrabant: cf. Bergl. ad Alciphr. I. 37. Lucian. t. 6, p. 73. ταῖς Ἐφεσίων γυναιξὶ περιπόθητος. BAST. Cf. ad I. 22. p. 102.

Pag. 37. Ὁ χρυσοῦς) Cf. supra p. 316.

Pag. 37. Οὐδὲν πρὸς Διόνυσον) Notissimum adagium de quo vid. Erasm. Adag. II. 4. 57. et Schottus ad Zenob. V.

40. qui Erasmum compilavit; et Interpret. ad Lucian. Herm. 55. BO. Convenit cum hoc Heliodori II. pag. 102. ἐπεισόδιον δὴ τοῦτο οὐδέν φασι πρὸς τὸν Διόνυσον ἐπεισκυκλήσας. ABR.

Pag. 37. Αὐτὸς ἐμέ) Malim fere hic οὗτος ἐμε. PAUW.

Pag. 37. Ἐπίδος οὖν — δρόμοις) Glossa codicis, εἶπεν ὁ ἱππεύς. BO. Equitando strenue incumbe, artemque graviter exerce. PAUW. Lucian. de Domo t. 8, p. 99. ὅλον ἐπιδοὺς ἑαυτὸν τῷ τάχει. Alciphr. III. 47. δρόμῳ δούς. BAST. Adde quæ notavi ad Nicet. Eugen. p. 55. BO.

Pag. 37. ᾎδων καὶ ᾄσμασιν — θεραπ.) Nimis gemellum est ᾄδων et ᾄσμασιν ἐρ. θεραπεύων. Scribendum suspicor: ἐρῶν καὶ ᾄσμ. Hippocomus non putabat in arte sua Cupidinem regnare. Id aliter se habere monet eques amore saucius. Quare, inquit hippocomo, artem exerce, sed ita ut amori indulgeas simul, Cupidinemque cantiunculis amatoriis subinde colas. PAUW. Leg. puto ἅδων, vel ἁδῶν, sive ἀνδάνων, *placens teque commendans*. ABR. Codex ἄδων. Nihil mutandum. Monet Echepolum eques ut canat, sed ita canat ut Amorem cantiunculis demulceat: canere enim poterat quæ essent οὐδὲν πρὸς Ἔρωτα, quod vitari vult eques. Repetitionem hanc tuetur Bast. Epist. Crit. p. 143. ex usu auctoris. BO.

Pag. 37. Ἦδον) Glossa codicis: ἐγὼ ὁ ἱπποκόμος. BO.

Pag. 37. Αὐτοσχέδιον μέλος) An hæc prosaica fuerunt, non metrica? Vix ac ne vix credo, et μέλος fuisse statuo

liberius, quod nunc ad numeros redigere non possum, et temere confusum a scribis. PAUW. Et Gavellus, ap. Abreschium, putat hæc esse metrica; absonum enim fore illud αὐτοσχέδιον μέλος, si versus revera non essent; ac versuum dispositionem fecit, quam repudiavi: omiserat enim male καὶ ante τὴν ἑαυτῶν. Quos dedi versus a vulgato textu non recedunt. Non sunt optimi, sed sunt equisonis, et ex tempore venaque subita effusi. BO.

Pag. 37. Κατά γε τὴν ἐμὴν εἰκότως ἱπποδρομήν) Ἱπποδρομὴν notes ea terminatione. PAUW. Num ἱπποδαμασίαν? an ἱπποχορίαν? aut ἱπποφορβικὴν, scil. τέχνην aut ἐπιστήμην. REISK. Kœn. ad Gregor. D. A. § VI, p. 31, notatis e Platone exemplis locutionis ellipticæ ac rarioris, κατά γε τὴν ἐμὴν, ait Platonis imitationem hic inesse, et Mercero latine vertenti, *convenienter ministerio meo*; ellipsin non fuisse in promptu, pro qua alibi plene ap. Platon. et alios, κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν, ψῆφον, κρίσιν. Ibi Bastius: » Res eo redit ut definiatur quid voce ἱπποδρομὴν faciendum sit. Hoc Kœn. curare debebat, et Reiskii quidem tentamina non satisfaciunt.... Mihi aliquoties visum est facillimum ἱπποδρομικὴν corrigere; quamquam non magis hujus nominis quam alterius ἱπποδρομὴν auctorem novi. » Ibi quoque Schæferus: » si Kœnianam Aristænetei loci interpretationem amplectimur, permira videtur phrasis, κατά γε τὴν ἐμὴν ἐνόμιζον. » Mihi fateor displicere ἱπποδρομήν. In Luciani Cont. 5. variari quidem novi inter οἰκοδομητικῆς et οἰκοδομῆς. Novi et codicem pro οἰκοδομεῖν, in Lexico ap. Bekker. Anecd. pag. 110.

habere ὀκοδομὴν, unde facilius fit οἰκοδομὴν quam οἰκοδομεῖν. Sed etiamsi ἱπποδρομὴν pro ἱπποδρομικὴν potuerit dici, dicere debuit hippocomus ille ἱπποκομὴν vel ἱπποκομικήν. Unde puto κατὰ τὴν ἐμὴν elliptice sumendum, nec me movet Schæferi objectio. Jam ἱπποδρομὴν mutaverim in ἱπποδρομεῖν, et omnia plana : κατά γε τὴν ἐμὴν ἐνόμιζόν σε ἐλεύθερον ἱπποδρομεῖν, subaudito δόξαν, κρίσιν, aliud quid. Ceterum obiter notavit Bastius ad formulas a Kœnio excitatas Codicem Vindob. in Platone Legg. II. t. 8, p. 59. » rectius » omittere δόξαν. BO.

Pag. 37. Τοσοῦτον κάλλος ἔχων ἐρᾷς) Credidit hippocomus, juvenculus haud dubie, formosos in arte sua non subesse Cupidinis imperio, et amari quidem, sed non amare. Etc. PAUW. Non *in arte sua*, sed in genere. Et superiora, τοῦτον οὐκ ἐδάμασεν Ἔρως ; forte non apte illustravit Bastius. BO.

Pag. 37. Τοῦτό σε μὴ σφ. λυπείτω) Lucian. D. D. 22. 2. εἰ δὲ κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυπείτω σε. ABR.

Pag. 37. Καὶ τὴν ἑαυτῶν ἔτρωσαν μητέρα) Gavellus sustulit καὶ, ut efficeret versum hunc : λυπείτω, τὴν ἑαυτῶν. Sed displicet omnino spondæus in secundo loco. Præterea καὶ sensum egregie juvat. Nicetas Eug. VI, 573. ad Amorem : Πλήττεις ἀφειδῶς· οὐ γὰρ ἡ τεκοῦσά σε Τῆς σῆς διέδρα τοξικῆς τὰ κεντρία : ubi cf. quæ notavi p. 333. Ovidius M. X. 525. » Namque pharetratus dum dat puer » oscula matri, Inscius exstanti destrinxit arundine pe-

» ctus. » BO. Venus ipsa exprobrans queritur ap. Lucian. D. D. 12. 1. ἃ μὲν γὰρ ἐς ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζεις, θαῤῥῶν ποιεῖς. ABR. Venus ap. Moschum : Τοὶ πικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει. Apul. Miles. v. [p. 108.]: » Et majores tuos irreverenter pulsasti toties, et ipsam » matrem tuam, me, inquam, ipsam, parricida, denudas » quotidie. » Lucianus ἐν Θεῶν διαλ. XI. MERC.

EPISTOLA IX.

Pag. 38. Συνοίκου) Editio Samb. et Cod. συνοίκων. Mercerus conjecit συνοίκου, receptum ab Abresch. et Polyz. BO. Lege συνοίκου. Idem est quod in ipsa Epistola ait σύνευνον. MERC.

Pag. 38. Ὑπὸ τῶν οἰκετῶν περιεστ.) Nota porro famulatum magnum in comitatu matronæ, e more veteri, ut sine comitibus non prodirent foras. Plautus Amphitr. et Casina; Quintilianus Declam. CCCI; Juvenalis sat. VI. » Conducit Comites. » Tacitus III. Annal. » Sabinus con» jugem et liberos Germanici percolere, sectator domi, » comes in publicum. » Ulpianus in l. 15. de injur.; Ovid. III. de Arte : » Quoque sui comites ire vetantur, » eat : » quem male mutant. Comitatus hic posteriori ævo frequens e spadonibus. Lucianus ἐν Εἰκόσι : Marcellinus lib. XIIII; Hieronymus ad Furiam viduam. MERC. Priceus ad Apul. II. Miles. init. » mulierem quampiam fre-

» quenti stipatam famulatione ibidem gradientem accele» rato vestigio comprehendo, » hunc Nostri locum citans recte habet περιεστοιχίζετο. Etc. ABR. De matronarum comitatu vide quos laudat Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 75. Demosthenes in Olymp. fin. ὁρῶσι τὴν μὲν τούτου ἑταίραν.... ἐξόδους λαμπρὰς ἐξιοῦσαν. BO.

Pag. 38. Ὑπὸ τῶν οἰκετῶν περιεστοιχίζετο) Sambuc., Mercerianæ et cod. περιεστιχίζετο. Abresch. e correctione viri docti ap. Dorvill., et Polyzoïs, περιεστοιχίζετο. BO. περιστιχίζω alteri περιστοιχίζω præfert Schutz. in Æsch. Ag. 1394. ἀμφίβληστρον περιστιχίζω, » rete (indusion) » circumdo Agamemnoni. » Vide Locell. ad Xen. Ephes. p. 134 [=p. 89.]. Heliodorus habet περιστοιχίζεσθαι VII. p. 303; VIII. p. 397; IX. p. 406; III. p. 136. ubi male περιεστοιχήσατο [pro περιεστοιχίσατο, quod recte exhibet Corayana III. c. 5.]. Περιστοιχίζεσθαι confusum cum προστειχίζεσθαι in Schol. Luciani t. 6, pag. 240. Cf. Boisson. ad Eunap. p. 290. BAST. Me allegat in nota extrema vir amicissimus ob locum a me ibi adlatum Theophylacti Sim. H. p. 123 D. : περιεστοιχίζετο γοῦν πάντοθεν βασιλικῇ δορυφορίᾳ Χοσρόης. Ceterum ex Bastii animadversione nondum polita nec perfecta mentem ejus de lectione utraque perspici non facile potest. Equidem nullus dubitavi quin correctio περιεστοιχ. esset verissima, eique favent Pricæus apud Abresch. et Peerlk. ad Xenoph. l. c. Ovidii verba M. III. 510. » foliis medium » *cingentibus* albis, » Planudes vertit, λευκοῖς περιστοιχιζόμενον μέσον φύλλοις. Rursus hæc M. V. 157. » *Cir-*

» *cuëunt* unum Phineus et mille secuti, » ita reddit: περιστοιχίζουσί τε τὸν ἕνα Φινεύς τε καὶ μυρίοι: et latina VII. 64. » *cinctaque* sævis Scylla rapax canibus » eo modo fecit græca: καὶ ἡ ἅρπαξ Σκύλλα ἡ τοῖς ἀγρίοις περιεστοιχισμένη κυσί. Cf. de hoc verbo Creuzer. ad Procl. in Alcib. p. 257. Blomfield. Gloss. in Agam. 1354. BO. Recte περιεστοιχ. reposuit Abresch. Imitatur enim Demosthenem Phil. I. p. 15 C. κύκλῳ πανταχῇ μέλλοντας ὑμᾶς καὶ καθημένους περιστοιχίζεται. WYTT. Locus est apte conlatus, sed de imitatione dubito. BO.

Pag. 38. Ὡς δὲ προϊόντα) Erunt qui malint ὥς τε, neque obloquar ego. PAUW. Ego obloquar. BO. Προσιόντα, versus se procedentem. REISK. Hoc bene, puto. Supra p. 315. actum est de hac permutatione. BO.

Pag. 38. Πέπτωκεν ἐπὶ γόνυ) Etymol. M. p. 687, 27. Γνὺξ ἐστι κυρίως τὸ εἰς γόνυ πεσεῖν. Τινὲς δὲ αὐτό φασι ταυτὸν τῷ πρηνίξαι, κακῶς· διαφέρει γάρ· οὐ δύναται γάρ τις ἅμα πρηνιχθῆναι καὶ ὠκλακέναι ἐπὶ τὰ γόνατα. Τὸ δὲ πρηνιχθῆναι, ἐπὶ τὸ πρόσωπον. Metaphoricam formulam εἰς γόνυ πίπτειν, κλίνεσθαι, illustrat vir doctiss. Gloss. ad Agam. 63. et ad Persas 927. ubi, excitato illis Firmi Epist. 16. verbis, ἤγειρας τὴν σαυτοῦ πόλιν πρὸς γόνυ καμφθεῖσαν, elegantissimum episcopum, quem bonum episcopum subridendo vocat, non æqua vexat censura. Puto Firmum scripsisse ipsum ἐπὶ γόνυ vel πρὸς γῆν, atque hoc potius. BO.

Pag. 38. Συμπράττων) Geminum est hoc Apuleii IX. Miles. p. 180. » nec ille (adulter) sermoni mulieris

defuit ; » quocum etiam comparavit Priceus. ABR.

Pag. 38. ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος) Livius : *ex composito*. LAMB. Habes iterum I. Ep. 10. p. 49; in Ach. Tatio, Philone, et ap. scriptores alios. Καθ' ἓν σύνθημα et ὑφ' ἑνὶ συνθήματι Heliod. III. p. 136. et IX. 435. Vide et Bergler. ad Alciphr. I. 22. ABR. Scholiastes Pers. Æsch. 243. τοὺς ἐπελθόντας αὐτοῖς, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς συνθήματος, Πέρσας. Adde quæ notavi ad Phil. Her. p. 452. ubi erravi de loco Eunapii; sed meum errorem retractavi ad Eunap. ipsum p. 196. Vide et Schweb. ad Onos. p. 89. BO.

Pag. 38. ὀρέγει τὴν χεῖρα) Supra p. 14. ὁ δὲ.... χεῖρα ὤρεγε τῷ γεωργῷ. — Fontainius nostras hinc forte profecit, cujus in Florentino sc. 9. Hortensia Harpagemum, tutorem fatuum et odiose molestum, non dissimili modo deludit : » A peine sortons-nous, que j'aperçois Timante.
» Harpagème, à sa vue, aussitôt s'épouvante, Nous observe de près, me tenant une main : Dans l'autre étoit
» ma lettre. Inquiète en chemin Comment de la donner
» je pourrois faire en sorte ; Un homme, qui fendoit du
» bois devant sa porte, à faire un joli tour me fit soudain
» penser. Dans les bûches exprès je fus m'embarrasser ; Je
» tombe, et, par l'effet d'une malice extrême, J'entraîne
» avecque moi rudement Harpagème. Timante, à cette
» chute, accourt à mon secours : Moi, qui mettois mon
» soin à l'observer toujours, Comme il m'offroit sa main
» pour soutenir la mienne, Je coulai promptement mon
» billet dans la sienne. » Etc. BO.

Pag. 38. Πεπτωκυίας) Pauwius, non monito lectore, πεπτωκυῖαν : sic quoque Polyzoïs. Quum editiones ante Pauwium πεπτωκυῖας haberent, pravus ille accentus ipsi forsan fuit pravæ lectionis causa, ni sumserit eam ex Merceri quarta, quam non vidi. Pristinam lectionem tuetur Dorvill. ad Char. p. 214. Codex diserte, πεπτωκυίας. BO. Πεπτωκυίας merito revocandum judicat Atticarum venerum peritissimus Hemsterh. ad Luc. D. Mort. 22, 1. quem ibi vide pluribus. Frequentat inprimis hujus generis trajectiones Thucydides. ABR.

Pag. 38. Ἀμφοτέρων) Editiones omnes, ἀμφοτέραι : cod. ἀμφοτέρων. BO.

Pag. 38. Τῆς πεπλασμένης αὐτὴν παραμ. συμφορᾶς) In codice secunda manus corrigit, τὴν πεπλασμένην αὐτῆς παρ. συμφοράν : male. Xenoph. Eph. IV. παρεμυθεῖτο δὲ αὐτὸν τῆς τελευτῆς. BAST.

Pag. 38. Ἄτλα) Editiones et cod. ἅτλα, quod mutavi. Codicis glossa, τινά. Cf. de hac accentus mutatione ad Diogen. Epistol. p. 279. in Notit. MSS. t. 10, et ad Basilii Scholia ibid. t. 11, p. 96, 155. Infra 11. ep. 3. idem erat mendum. Manuel Palæologus in Notit. MSS. t. 8, p. 337. ἀλλ' ἅτλα si scripsit, male scripsit; et reponendum ἀλλ' ἄτλα. Novi tamen qui reclamet, Tzetzam nempe ad Lyc. 8; sed non multum se criticis probavit. In Psello de Dæmon. p. 42. ὀλίγ' ἅτλα eodem modo emendari debet, ut et ἕτερ' ἅτλα p. 57. Dionis Chrys. Or. XX. p. 494. ἀλλ' ἅτλα idem remedium poscit. In Onosandro

p. 37. ἄτλα ἀναγκαῖα bene asseruit Schwebel. ibi videndu BO.

Pag. 38. Καὶ ἔφη) Corruptum omnino ἔφη. BO. Forte ἔστη, *constitit.* Sic I. 4. ἔστη. BAST.

Pag. 38. Λάθρα τῷ στόματι) Editiones, ante Abreschianam, λαθραίῳ στόματι. Ipse edidit λάθρα τῷ στόμ. e conjectura, quam protulerat ad I. 22. ubi, ἀνέστησέ τε καὶ λάθρα τὴν ἑαυτῆς πεφίληκε δεξιὰν, ᾗ προσήψατο τοῦ μειρακίου : qui locus huic est simillimus. Codex, λαθραίω στόματι : quod facile nasci potuit e λάθρατῶ. Secunda quidem manus superscripsit σ τῷ, ut fiat λαθραίως τῷ στομ. In re tam incerta Abreschium sum secutus; secutus est quoque Polyzoïs. BO.

Pag. 38. Προσάγει τὴν χεῖρα) Et II. 10. Callistratus p. 906. προσάγω χεῖλη, ubi male προάγω. BAST.

Pag. 38. Πεφίληκε) Editiones, ante Abresch. et Polyz., πεφιλήκει : et sic codex. BO. Malim vel προσῆγε, vel πεφίληκε. PAUW. Abreschius hoc prætulit, cui parui, memor loci modo adpositi ex Ep. 22 : Schraderus tamen ad Mus. p. 301. vulgatam tuetur; necquicquam. Puto πεφιλήκει ortum fuisse ex πεφίληκεν, alia, nec mala, scriptura. Achilles Tat. VI. 7. συμβέβηκεν : cod Venet. 409. συμβεβήκει. Poterit monitus lector discere e Martiale XII. 94. aliam rationem qua mœchum coram conjuge basiare potuerit Fabulla. BO.

Pag. 38. Ὑπέθηκε) Nonne ἐπέθηκε? PAUW. Non. BO.

Pag. 38. Δάκρυον ὑποκρίσεως ἀποματτομένη —) Philo

p. 430 C. προχέας θερμὰ καὶ ἐπάλληλα δάκρυα — τὴν ὄψιν ἀπομαξάμενος ἐπιστρέφει. Ovid. XIII. M. 132. » manuque simul veluti lacrymantia tersit Lumina. » Apul. V. Mil. p. 99. » lacrymis pressura palpebrarum » coactis : » ubi vide plura hujus generis in Pricæi notis. ABR. Propert. I. 15. 39. » Quis te cogebat multos pallere » colores, Et fletum invitis ducere luminibus? » Nonnus Dion. VIII. 204. Δάκρυον εὐποίητον ἀποψήσασα προσώπου. P. Syrus : » Didicere flere fœminæ in mendacium; » Muliebris lacryma condimentum malitiæ est. » Δάκρυον ὑποκρίσεως dixit ut Epist. 10. ἀπάτης λόγον. Phrasi θυσία αἰνέσεως in Ep. ad Heb. 13, 15. Aliquid coloris græci hinc potest conciliari. BO.

EPISTOLA X.

Hanc Epistolam longissimam Aristænetearum et pulcherrimam vocat Casanova ad Philostr. Epist. p. 119; nobilem præter ceteras et auream Hemsterhusius ad Propert. p. 932. BO.

Pag. 41. Τὸ — ἐρώτικὸν δ.) Pro ἐρωτικὸν editiones omnes habent ἐρώτων. Mercerus conjiciebat τῶν pro τό: Abreschius τὸ tuebatur. Sed codex ἐρωτικὸν, monente Bastio ad Gregor. p. 111. Cf. mox p. 360. BO.

Pag. 41. ΔΙΟΝΥΣΙΑΔΙ) Edit. omnes Διονυσίδι. Cod. teste Bastio, Διονυσιάδι. Mutavi versionem Merceri. BO.

Pag. 41. Ἀκόντιος) Similem narrationem de Ctesilla et Hermochare habes ap. Anton. Liber c. 1. LAMB.

Pag. 41. Καλὸς νεανίας καλὴν ἐγ. κόρην) Charito v. init. ὡς μὲν ἐγαμήθη Καλλιῤῥόη Χαιρέᾳ καλλίστη γυναικῶν ἀνδρὶ καλλίστῳ. BO.

Pag. 41. Παλαιὸς λόγος) Firmus Epist. 4. et 31. ex Theocrito: τοὺς ποθοῦντας ἐν ἡμέρᾳ γηράσκειν παλαιὸς κατέχει λόγος. Adde Nostrum 1. 18. ubi not. BO.

Pag. 41. Ὅμοιον ὁμοίῳ) Plato in Symposio [§ 18.]: ὁ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. Aristot. Eth. VIII; Cicero de Catone Maj. [c. 3.]. Habent omnes ab Homero [Od. P. 218.]: Ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. MERC. Finitimum illud Apostolii Cent. 14. 46. ὅμοιον ὁμοίῳ δεῖ πλησιάζειν. Hierocl. in Carm. Pyth. 1. [p. 24. Needh.]; Iambl. in Symb. 2; Maxim. Tyr. Diss. x. [=XXVI. 4.]; Erasm. Ad. [1. 2. 21. 22.] LAMB. Epig. in Anal. 3. p. 31. Ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Plato Lys. p. 29. Heind. BAST. Cf. Fisch. Not. ad Sympos. Plat. p. 151. et Barker. ad loc. Ciceronis. Theophr. Char. 29. ἀληθές ἐστι τὸ τῆς παροιμίας, τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον πορεύεσθαι. Scholiastes Luc. Icarom. 1. ἐπεὶ περιέτυχεν (Μένιππος) Ἀπολλωνίῳ.... γόητι ἀνθρώπῳ, ὅμοιος, φασὶν, ὁμοίῳ συνήφθη. Servatus Lupus Ep. 62: » quia vero vos amore sapientiæ, » cujus et ego sum avidus, flagrare comperi; vel secun- » dum illud Tullii [l. c.], *pares cum paribus facile* » *congregantur*, vel juxta receptæ Scripturæ [Eccles. 13.

» 15.] assertionem, *omne animal diligit sibi simile, sic* » *omnis homo*; hanc epistolam meam offero et vestram » expeto amicitiam.» Molierius nostras in Avaro II. 6. » Les jeunes gens d'ordinaire n'aiment que leurs sem» blables, ne cherchent que leur compagnie. » BO.

Pag. 41. Κατὰ θεῖον) Cod. καταθῆον : et Glossator adscripsit versum Odysseæ supra laudatum. BO. Tollius : κατὰ τὸ θεῖον. Est vir eruditus qui rescribi vult κατὰ τὸν θεῖον νόμον : verum frustra. Vide Suid. in Κατὰ θεῖον, vel potius Schol. Arist. Eq. 147. ibidemque Casaub. Sic Anton. lib. I. καὶ ἡ παῖς αὐτὸν ἰδοῦσα κατὰ θεῖον ἠράσθη : ubi Munckerus, uti hic Tollius, conjiciebat, κατὰ τὸ θεῖον. ABR. Verheyk. ad Anton. Munckerum confutat, simulque locum Aristæneti tuetur et illustrat. BO. Achill. Tat. V. 2. κατὰ δαίμονα. Leo Allat. Exc. p. 145. Longus II. p. 55. οὐκ ἀθεεί. BAST.

Pag. 41. Ἅπασι τοῖς ἑ. φιλοτίμοις κεκόσμηκεν) Quænam sint hæc φιλότιμα, quibus puella ornari posset, nescio. Prima editio habet φιλότιμος [imo habet, ut et ceteræ et codex, φιλοτίμοις]; quod mihi ideam dedit legendi φιλοτίμως, *studiose, sedulo*. Ita ut φιλοτίμως κεκόσμηκεν respondere possit ἐδημιούργησεν et τημελοῦσιν in prima Epist. ANONYMUS (Taylorus nempe, quod a Nicholsio doceor in Anecdot. t. 2, p. 560.) Anglus qui hanc Epist. tractavit in Miscell. Obs. I. p. 392.—Monet ibi A. (Dorvillius, puto) φιλοτίμως etiam correxisse Douzam in ora codicis sui et vertisse, *studiose, ambitiose*. BO. Etsi cæte-

roqui habeatur in Sozom. H. Eccl. II. c. 3. φιλοτίμως κοσμήσας [et sic Jo. Antiq. x. fin. BAST.], explicem potius ταῖς δωρεαῖς καὶ πλεονεξίαις, δι' ὧν φιλεῖ τιμᾷν τε καὶ τιμᾶσθαι. Qua in explicatione displicuit nuper viro docto illud φιλεῖ τιμᾷν, quia φιλότιμος non dicat eum qui φιλεῖ τιμᾷν, sed qui φιλεῖ τιμᾶσθαι. At, si mirus mihi, credat Hesychio, cui φιλότιμος est ὁ φιλῶν τιμᾷν μεγάλως, ἢ θέλων αὐτὸς δοξάζεσθαι: et φιλοτιμία, δωρεά. Et sic φιλοτιμεῖσθαι, pro δωρεῖσθαι, simpliciter. Theoph. Sim. VIII. Hist. 13. τάλαντά τε τριάκοντα τοῖς Βυζαντίοις φιλοτιμήσασθαι. ABR. Supra Epist. I. ταύτην μοι πεφιλοτίμηται Ἑλένην. Cf. Perizon. ad Ælian. V. H. III. 1. p. 194. BAST. Libanius t. 4, p. 785, 14. ἥκιστα μὲν πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς ἐθέλει χωρεῖν, καὶ πολλοῖς ἀμέλει νίκας ἀδίκους φιλοτιμεῖται. Cf. p. 241. BO.

Pag. 41. Κεστοῦ) Cf. Lennep. ad Coluth. 94; et supra p. 238. BO.

Pag. 41. Καὶ τοῦτον πρός) Interpres vertit ceu esset, ὃν πρὸς.... et recte. Possis quoque καὶ accipere pro καὶ γὰρ, ut Ep. 8. extr. καὶ τὴν ἑαυτῶν ἔτρωσαν μητέρα. Atque ita καὶ sæpissime occurrit, quanquam haud raro aberrent versiones. ABR. I. 26. καὶ πράγματα παρέχεις, *nam facta pingis*. I. 27. καὶ σφόδρα τοῖς αἰνίγμασι τέρπῃ. BAST. Quod dixit Abreschius recte potuisse verti καὶ quasi fuisset ὃν, illustrabitur ex notatis ad Nicet. Eugen. p. 32. Ceterum hic subtiliores sunt viri docti. BO.

Pag. 41. Πρὸς τὴν παρθένον)| dixit pro παρὰ τὴν παρθένον, *præ*, *præter*. ABR.

Pag. 41. Καὶ τοῖς ὄμμασι) Καὶ τῆς μὲν τοῖς ὄμ. REISK. Vide Barth. Anim. in Claud. p. 804 b. ABR.

Pag. 41. Καθ' Ἡσίοδον) Theogon. 907. BO.

Pag. 41. Δεκάδ. περιχορεύει δεκάς) Lucian. ἐν Εἰκόσι [9]: ὃ δὲ πᾶσιν ἐπανθεῖ τούτοις, ἡ χάρις, μᾶλλον δὲ, ἅπασαι ἅμα ὁπόσαι Χάριτες καὶ ὁπόσοι Ἔρωτες περιχορεύοντες, τίς ἂν μιμήσασθαι δύναιτο; MERC. Salmasius similem fere locum e Dionys. XXXIV. producit: ὡς μὲν ἀκούω, Τρεῖς Χάριτες γεγάασι χορήτιδες Ὀρχομενοῖο Ἀμφίπολοι Φοίβοιο· χοροπλεκέος δὲ Λυαίου Εἰσὶ τριηκοσίων Χαρίτων στίχες. Pressius Musæus [v. 64.], cujus nos addimus locum, ubi Hero suam describit: Πολλαὶ δ' ἐκ μελέων χάριτες ῥέον. Οἱ δὲ παλαιοὶ Τρεῖς Χάριτας ψεύσαντο πεφυκέναι. Εἷς δέ τις Ἡροῦς Ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν Χαρίτεσσι τεθήλει. SCHURTZ. Symeon Metaphr. Ep. 7. ἐπιστολὴν... οὐ τρεῖς, ἀλλὰ μυρίας ἔχουσαν τὰς ἐν αὐτῇ χάριτας. Plures id genus hyperbolas vide in notis ad Nicet. Eug. p. 156. ubi et verba καθ' Ἡσίοδον contra Heinrichium ea delere volentem defendi argumentis non invalidis, sed quæ non iterum describam. Pro περιχορεύει, Pauw. proposuit περιεχόρευε, Reiskius ἐνεχόρευε. Pauwium confutat Schraderus ad Mus. p. 301. et in Præf. p. 6. De enallage temporum κεκόσμηκεν, περιχορεύει, cf. not. supra pag. 282, 285, ad Epist. 3. BO.

Pag. 41. Φαιδροὶ μὲν, ὡς καλοὶ, φοβεροὶ δὲ, ὡς σώφρονες) Quis unquam vidit verbum σώφρονες cum ὀφθαλ-

μοὶ conjunctum? Facillima emendatio absurditatem tollet, καλοῦ, σώφρονος: emendatio, quæ, non tantum quod ad sensum et elegantiam se ipsa defendit, sed etiam loco similis auctoris confirmatur, qui propius ad Nostri locutionem accedit; loquor de Xenoph. Ephes. I. p. 3. ὀφθαλμοὶ γοργοί· φαιδροὶ μὲν ὡς κόρης, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος. ANONYMUS. Et Douza sic emendabat, recepitque Abreschius, et, post illum, ille Polyzoïs. Hemsterhusio ad Xen. Eph. p. 136. placebat hæc correctio: » nihil tamen temere mutavero » inquit prudentissimus criticus. Locella ibid. hanc emendationem dixit, et Bastio quidem teste, in codice Aristæneti a secunda manu superscriptam legi; sed nihil tale notatum reperi in apographo Bastiano. Color styli idem Ep. 19. p. 93. extr. BO.

Pag. 41. Ἐπιτρέχον) Malo ἐπέτρεχεν. PAUW. » Sed » nonne admitti potest ellipsis verbi substantivi? » Schraderus ait ad Mus. p. 301. Pauwium confutans, et ipse confutandus. Etenim ἐπιτρέχον non pendet ab ἦν, sed jungendum cum ἐκόσμουν, ut recte monuit Abreschius. Verbi translationem possunt illustrare notata ad Eunap. p. 197. BO. Noster II. 21. φύσεως αὐτόσκευον ἔρευθος ἐπιτρέχει ταῖς παρειαῖς. Artemid. I. 15. ἀλλοτρίους δὲ παῖδας ὁρᾷν ἀγαθὸν, ὅταν ὦσιν εὔμορφοι καὶ χαρίεντες, καὶ τὸ παιδικὸν αὐτοῖς ἐπιτρέχει. Vertunt: *cum gratiæ ipsis affluant*. Locus corruptus. BAST.: corruptus quidem, sed levissime. Reiffius, scripto ἐπιτρέχῃ, nihil loco reliquit vitii. — In Merceri latinis *florus* male suspectum fuit Pauwio, qui *floridus* dedit. Hæc vetustate fere sub-

horrida quærebat Mercerus, ludens, puto; quod et ego in Nicetæ versione non sine studio feci, ut et infra in latina Epistola 23 libri II, quo color orationis meæ cum Merceriano conspiret. BO.

Pag. 41. Πρὸς τούτων πληθούσας) Scriptum fuisse conjicit Valckenarius, πρὸς τούτου θέαν πληθ. ABR. Mala et inutilis conjectura, ut nonnullæ quæ viro egregio exciderunt. BO.

Pag. 41. Στενοχωρουμένας) Charit. III. 2. in re simili: μέχρι κεράμων ἀνέβη τὸ πλῆθος στενοχωρούμενον. BAST. Eunap. p. 55. ἐστενοχώρει τὰς προόδους: ubi multis notavi. Basil. Sel. Vit. Thecl. II. 13. πᾶς τις Κιλίκων ἔθει — ὥστε στενοχωρεῖσθαι μὲν τὴν γῆν, στενοχωρεῖσθαι δὲ τὴν θάλασσαν, κατὰ δήμους, κατὰ οἴκους, κατὰ γένη πάντων ἐνταυθοῖ συῤῥεόντων. BO.

Pag. 41. Λαύρας) Glossa codicis: τὰς πλατείας ῥύμας. Cf. not. ad Gregor. Cor. p. 505. BO.

Pag. 41. Καὶ πολλοί γε) Emendatio Merceri, pro καὶ πολύ γε, recepta ab Abreschio et Polyzoe. Cod. πολύ γε: et ab altera manu: γρ. πολλοί γε. Frequens est illa permutatio: cf. Alcidam. pag. 86. not. 32. et p. 88; Lysias t. 5, p. 440, 2. ubi pro πολὺ cod. Vatic. πολλοί; Strab. XV. § 2. init. In Platonis Alcib. I. 29. variatur inter πολλή γε et πολύ γε: hoc recipiendo. BO.

Pag. 41. Διὰ τοῦτο τὸ λίαν ἐρωτ.) Reiskius delet τοῦτο. Ad fin. Epist. I. aliis verbis, sensu non alio, δι' ἔρωτα πολύν. BO.

Pag. 41. ἴχνεσι — ἐφήρμοζον πόδας) Vertit quidam in margine exemplaris quondam Tollii : » vestigia pueri suis » pedibus premebant. » ABR. Et hunc esse puto loci sensum. Meleag. Ep. 19. Βαίνω δ' ἴχνος ἐπ' ἴχνος. Diotim. Ep. 1. Παρθενικὴν γὰρ ἄγεις περικαλλέα, τῆς ἐπιβαίνων ἴχνεσι, τὴν ἰδίην οἶμον ἴσ' ὡς φέρομαι. Figurate Thallus Ep. 1. παππῴοις ἐπὶ βήμασιν ἴχνος ἐρείδων. Lucret. III. 5. » inque tuis nunc Ficta pedum pono pressis vestigia » signis. » Themist. Or. XX. fin. δεῖ δὴ λοιπὸν τὰ ἴχνη τὰ σὰ διώκειν, εἰ δὴ ἐκείνοις πάντε ἐμβιβάσαι καὶ τὰ ἡμέτερα δυνηθείημεν. Similes circa vestigia nugæ eroticæ Philostrati, ab Abreschio conlati, qui Ep. 22. amasium, quem læserat sandalium, rogat ut nudis pedibus incedat : δέξεται τὴν βάσιν ἡ κόνις ὡς πόα· καὶ τὸ ἴχνος προσκυνήσομεν πάντες. Ὦ ῥυθμοὶ ποδῶν φιλτάτων, ὦ καινὰ ἄνθη, ὦ γῆς φυτὰ, ὦ φίλημα ἐρώμενον. Egregie codd. Regius 1696. et Vatic. 40. πόαν. Vestigium pedis delicati in pulvere impressum, pulverem ornabit veluti herba; pulvis impresso vestigio suavissimo gaudebit quasi herba virente. In fine Regius habet : γῆς φιλήματα ἐρηρεισμένα : Vat. γῆς φυτεύματα ὦ φιλήματα ἐρηρεισμένα. Legendum, ὦ γῆ φιλήματα ἐρηρεισμένα! cum Regio : vel saltem recipienda lectio Vaticana. Vulgatum ἐρώμενον Olearianum est. Ante Olearium erat ἐῤῥωμένον. Et malim ὢ quam ὦ : nam sunt exclamationes. BO. Alciphr. III. 67. προσφύντα βούλεσθαι τὰ τοῖν ποδοῖν ἴχνη καταφιλεῖν. BAST.

Pag. 41. Ἀκίδος ἐρωτικῆς) Editiones omnes ἐρώτων.

Codex, ἐρωτικῆς. Correctionem indicavit Bastius ad Gregor. Cor. p. 111. Cf. supra p. 353. BO.

Pag. 41. Πειραθῆναι) Mercerus, πειρασθῆναι. Non mutem. ABR. II. 18. ἔρωτος πειρασθεῖσα. Utrumque rectum. BAST. Vide quæ monui ad Marin. p. 75 et 146; collato Wagnero ad Alc. II. 3. BO.

Pag. 43. Οὐ μετρίως) Cf. not. ad Eunap. p. 390. BO.

Pag. 42. ὅτε καὶ τερπνή) Dubitari posset an non exciderit vocula et scribendum, ὡς ὅτε καὶ τ. PAUW. ὅτε καὶ ut ap. Philon. p. 449 F., 536 F., 846 C. Idem frequentat ἔσθ' ὅτε καί. Vide quæ præterea scripsi ad Æsch. Suppl. 638. ABR.

Pag. 42. Ἢ γάμον ἢ θάνατον) Infra II. 17. ἢ γάμον ἀσμένως ἢ τάφον αἱροῦμαι. Ovidius [Her. 16, 273.]: » Aut ego Sigæos repetam te conjuge portus; Aut ego » Tænaria contegar exsul humo. » MERC. Adde Pric. ad Apul. Mil. p. 519. ABR.

Pag. 42. Πλὴν αὐτὸς ὁ τρώσας) Hæc e Musæo 198 seq. collecta putat Tollius. Jam Barth. Adv. III. 15. Musæi vers. 200. comparaverat. ABR. Musæus igitur 200. Αὐτὸς ὁ πανδαμάτωρ βουληφόρος ἐστὶ βροτοῖσι. Rursus ὁ τρώσας I. 16. BO.

Pag. 42. Ἀεί τινας παρ. μηχ. διαπλέκων) Ex Platonis Symposio [§ 23.]: Ἔρως θηρευτὴς δεινὸς, ἀεί τινας πλέκων μηχανάς. MERC. Cf. Wyttenb. ad Eunap. p. 173. BO.

Pag. 42. Ὑπέθετο — βουλήν) Vox technica a foro de-

ad pomi rotunditatem. Citra istius modi respectum circuire oculis habes ap. Senecam Consolatione ad Marciam 12. Etc. ABR.

Pag. 42. Μὰ τὴν Ἄρτεμιν) Cod. τόν. Glossa: Οὕτω κεῖται ἡ γραφὴ τοῦ κυδωνίου ἐν τῷ λατινικῷ Ὀβιδίου τοῦ ποιητοῦ· Ὀμνύω σοι ὑγιῶς, μὰ τοὺς ἱεροὺς θεοὺς, τὴν ἐφημένην ἐμέ σοι ληψαμένην κυρίαν καὶ γαμηθησομένην: *Juro tibi sane per numina sacra Dianæ Me tibi sumpturam dominam nuptamque futuram.* Nescio quem verterit locum Ovidii, et dubito talia potuisse scribere poetam elegantissimum; cujus Epistolarum codicibus quum multos adsuerint librarii pannos non purpureos, forsan hoc distichon in Epist. Cydippes post vers. 110. fuit insertum. Atque est leviter corruptum; nam, re ipsa jubente, legi oportet, *Te mihi sumpturam dominum* et ideo in græcis, τὸν ἐφησομένον ἐμοὶ σὲ ληψ. κύριον. Græculus ille, qui *sane* vertit ὑγιῶς, in latinis ait fuisse inexercitatissimus. Berglerus hoc loco et alio II. ep. 14. utitur ad Alciphr. II. 4. ostendens μὰ usurpari nonnunquam et in affirmatione. BO. Similia his leguntur ap. Anton. Liber. Met. I. ABR.

Pag. 45. Ἐρωτικὸν λόγον ἀπέῤῥ. αἰδουμ.) Vid. Barth. ad Stat. I. Silv. 2. 211. Dubium esse possit utrum ἀπέῤῥιψεν æque ac αἰδουμένη referri debeat ad τὸν ἐρωτ. λόγον, an ad μῆλον. Posterius verum videtur. ABR. Herel. Anim. Crit. conjicit λόχον docente [imo et probante] Villoisonio ad Long. p. 184, et confert Ovid. Her. 21. 110: » *Insidias legi*, magne poeta, tuas. » Pessime. Solennis for-

tula, λόγον ἀποῤῥίπτειν. Anton. Lib. c. 11. λόγον ἀχρεῖον ἐπέῤῥιψαν. Ceterum λόγος et λόχος confunduntur in Pausan. t. 2, p. 264; Liban. t. 4, p. 145. BAST.: quem vide et in Epist. Crit. pag. 124. Notissima sane formula ῥίπτειν λόγους, quam et tetigi ad Marin. p. 124, et illustravere Villoison. ad Long. p. 78; Monk. ad Alcest. 696: sed hujus loci non esse videtur, ob præcedens ἔτι διερχομένη τὸν ὅρκον, et sequens ἡμίφωνον κατέλιπε λέξιν. Nondum ergo τὸν ἐρωτ. λόγον ἀπέῤῥιψεν, e mente Bastii; nondum amatoria verba pronuntiaverat. Ergo manifestum est virginem pudicam a se projecisse malum impuris notatum verbis. Jam ἀποῤῥίπτειν λόγον, pro ἀποῤῥίπτειν μῆλον ἐν ᾧ λόγος ἐρωτικὸς, est audacissimum. Emendatio Hereliana, vera forsan, est saltem ingeniosissima; et favet egregie Ovidius, cujus Cydippe de malo illo fatali scribit Acontio, magno, quod ait, poetæ, se ejus *legisse insidias*. Omnino tenenda sunt Hemsterhusii verba pag. 952. in Add. ad Propert. Burmannianum: » Sane nobilis est, » præter ceteras, atque aurea hæc [Aristæneti decima] » Epistola; quæ propterea majoris est momenti, diligen- » tiorique cura perpoliri meretur, quod ex Callimachi » Cydippe, mutatis in pedestrem orationem versibus » expressa videatur et contracta. Quam meam opinionem, » non tantum hoc Callimachi distichon [vide infra » p. 374], extra omnem dubitationis aleam ponit, et eli- » matus Epistolæ stylus, in quo color nitet poeticus et » solutis lege verbis musicus inest spiritus. Ovidius etiam, » etsi suo ingenio satis dives et contentus, si conferre

» libuerit, quædam imitatus fuisse deprehendetur. » Nullus fere dubito quin ποιητικὸν verbum λόχος pro malo literis inscripto Ovidianum *insidias* pepererit et Nostri ἐρωτικὸν λόχον. Nihil tamen mutare sum ausus. Et notes frequentem esse vocum λόγος et λόχος permutationem. Adde Bastianis exemplis Æschinem Epist. x. p. 69. ubi pro λόχος cod. Mazar. A 87. habet λόγος. BO.

Pag. 45. Ἡμίφωνον — ἐπ' ἐσχάτῳ) Verbis Ovidii M. v. 192. » pars ultima vocis In medio suppressa sono est. » BO.

Pag. 45. Ἅτε διαμνημον. γάμον — ἠρυθρ.) Ovidius [Her. 21. 111,] : » Nomine conjugii dicto, confusa pu» dore, Sensi me totis erubuisse genis. » MERC. Polyzoïs edidit, γάμου, absque necessitate. BO.

Pag. 45. Κἂν ἑτέρου λέγοντος, ἠρυθρίασε) Quum esset in Sambuciana κ. ἑτ. λέγοιτο, Mercerus proposuit λέγοντος, quod receperunt Abresch. et Polyzoïs. Et codex perspicue, λέγοντος. De hoc virginali pudore consule Schrad. ad Mus. 161. BO. Κἂν ἕτερος λέγοιτο etiam bonum esset. PAUW. Dedi emendationem Merceri, quia verba sunt Demosthenis pro Cor. p. 160. ἀλλὰ κἂν ἑτέρου λέγοντος ἐρυθριάσειε. Alioqui non peccaret edita, et æque rectum foret ἑτέρου λέγοιτο atque ὑφ' ἑτ. λέγοιτο. ABR. Liban. t. 4, p. 461. καὶ ἑτέρου λέγοντος ἐρυθριᾷν. Formula alibi quoque non infrequens. Athanasius Epist. ad Solitar. quam adfert Vales. ad Euseb. p. 239. ὢ τίς ἀκούσας οὐ δακρύσειε, τάχα καὶ τὴν ἀκοὴν κλείσειεν, ἵνα μηδὲ ἑτέρου λέγοντος ἀνέχηται; BAST.

Pag. 45. Τινὰ ῥόδων λειμῶνα) Ex Museo 60. [ἢ τάχα ταίης Ἠροῦς ἐν μελέεσσι ῥόδων λειμῶνα φανῆναι] sumtum mutat Tollius. ABR. Allatii Excerpta pag. 163. μέγαν λειμῶνα κάλλους ὁρῶν. BAST. Vide ad 1. ep. 5. p. 292, et quæ adposui plurima ad hujus hyperboles illustrationem facientia in notis ad Nicetam. p. 203. Firmus Epist. 30. de epistola quam ab Isidoro acceperat: μύρου ὄζει παιδεύσεως Ἀττικῆς, καὶ λειμῶνος μιμεῖται κάλλος ἦρος ὥρᾳ σύμμικτον χάριν ταῖς ὄψεσιν ὑπογράφοντος. Istæ hyperbolæ stylum asiaticum, quem dicimus *orientalem*, redolent. Adde Costari *Entretiens* p. 54; et Chevræi Opera Misc. t. 1, p. 247, 249. qui conferens Æschyleum Noctis epithetum ποικιλείμων, quasi a λειμὼν formatum, gravem, eumdemque Scholiastæ Prom. 24. errorem errat, et Stanleio, quod mirabile est. BO.

Pag. 45. Ἐρύθημα τοῦτο—διαφέρειν) Quum editiones haberent διαφέρει, Pauwius proponebat vel διέφερε, vel διαφέρειν. Codex a secunda manu διαφέρειν, quod placuit Bastio, et recepi. BO. Pro τοῦτο lego τούτων. Tum si verba καὶ—διαφέρει majore distinctione separes a præcedentibus, καὶ valebit καὶ γὰρ, et bene se habebit διαφέρει: sin jungas cum superioribus, corrigendum erit διαφέρειν. ABR. Emendatio τούτων, nempe τῶν ῥόδων, est pessima. Locum non recte intellexit. Genæ puellæ erubescentis non minus rubicundæ erant quam ipsa ejus labia. BO.

Pag. 45. Καὶ παρθένος οὖσα) Vim verborum minus

cepit interpres. Ea consistit in ellipsi gemina vocabulorum εἰ καὶ, καί τοι sive καίπερ, et ὅμως. Habes eamdem, præter alios, in Xenoph. Cyr. v. c. 4. χαλεποῦ ὄντος τοῦ θεάματος. Etc. ABR.

Pag. 45. Συνελάβετό σοι τοῦ γάμου) Editiones omnes et cod., συνεβάλετο. Pauwius putabat » perbene etiam » legi posse συνελάβετο » : quod est unice verum; sicque correxit Hemsterhusius ad Luc. Cauc. 13. locutionem pluribus illustrans, assentiente Schæfero ad Ellips. p. 281. Permutationem frequentissimam temporum ἔβαλον, ἔλαβον, βαλὼν, λαβὼν, etc. tractavi ad Nicetam, et ad Planudem p. 203. Dion Chrys. Or. 53. p. 277. καὶ παρ' Ἰνδοῖς ᾄδεσθαι φασὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, μεταβαλόντων αὐτὴν εἰς τὴν σφετέραν διάλεκτον : cod. Reg. 2948. non recte hic, μεταλαβόντων αὐτῶν. BO. Recte συνελάβετο. Plato Phædr. t. 10, p. 300. ξύμ μοι λάβεσθε τοῦ μύθου. Menand. Fragm. Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει —τῶν πόνων. Philostr. Her. p. 44. ξυλλαμβάνει μοι τῶν δυσέργων : ubi vide Boissonad. p. 385. Themist. Or. xii. p. 255. οἱ συλλαβόμενοι τοῦ ἔργου. Lucian. Piscat. 48. Id. Philops. 39. BAST. Ad Philostrati locum, quo me videndum monet amicus doctissimus, συνελάβετο, ut Aristæneti manum sum amplexus, et hunc hujus verbi usum illustravi. Sophocl. Phil. 281. ὅστις νόσου κάμνοντι συλλάβοιτο : ubi cf. Brunck. Theophyl. Sim. Ep. 59. μοὶ συμπαρατάττου, καὶ τῶν πόνων συναντιλαμβάνου. Ibi codex 2991 A. συμπεριστάτει—συλλαμβάνου. BO.

Pag. 45. Τέως οὖν τὸν δείλαιον) Locus corruptus. Scri-

bendum suspicor τ. οὖν τὸ σὸν δ. *interea vero sors et conditio tua misera.* PAUW. Cod. τὸν δείλαιον. Abresch. e conjectura edidit τὸ δ., eique paruit de more Polyzoïs. BO. Nescio qua de causa τὸ δ. editum fuerit pro vetere τὸν δ. Est aposiopesis. Volebat dicere : τέως μὲν οὖν τὸν δείλ. παντοῖα κατέλαβε καὶ δεινὰ πάθη. Sed compescuit se illa interpellatione : » Atqui, quid frustra laboro in » describendis infelicis amatoris cruciatibus, quos non » magis quis enarret quam maris tormina? » REISK. Non displicebant Abreschio, nec displicent omnino mihi Reiskii cogitata. Aposiopesim esse indicavi lineola : dele punctum post δειλαῖον. BO.

Pag. 45. Τρικυμίας) Ut infra 17 [extr. p. 85.] : καὶ τρικυμίας τὸν τρόπον τῆς ἀστάτου σαλεύεις. MERC. De tropo vocis τρικυμία Cf. ad Nicetam, p. 384; ad Manass. p. 417. BO.

Pag. 45. Πόθου κορ. σάλον) Interpres *Cupidinem* interpretatur; ipse capiam de Acontii desiderio. Σάλος et Lat. *salum* sæpissime occurrunt tropice adhibita. Heliod. II. p. 138; Basil. Epist. 260. 9. Frequens inprimis est Philoni Judæo. Etc. Etc. Plura dabit Pricæus ad illud Apul. Mil. IV. p. 183. » cum in isto cogitationis *salo* fluctua- » rem. » Adde Barth. ad Claud. p. 1192 b. ABR. Cf. Kuinœl. ad Demetr. c. 19. p. 118. BO.

Pag. 45. Ἐκτακεὶς τὰ μέλη) Lucian. Timon. t. 1, p. 87. ἐρᾷν φάσκων καὶ δῆλος ὢν ἀπὸ τῆς χροιᾶς καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτετηκυίας. BAST.

Pag. 45. Βλέμμα — ὠραχιῶν) Glossa codicis : ὠραχίζω, παρὰ τὸ αἰκίζεσθαι τὴν ὥραν ἢ τὴν μορφήν. Aristophanes N. 1172. Ὡς ἥδομαί σοῦ πρῶτα τὴν χροίαν ἰδών.... Ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος. Huc forte respexit Noster jungens χροιὰν et βλέμμα, ut ille χροίαν et βλέπος. Βλέμμα et βλέπος his in locis sunt *aspectus*, *vultus*, *le teint* : anglico sermone, Acontius *looked pale*. BO.

Pag. 45. Εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πάσῃ προφάσει — ἐφοίτα) Expressum hoc esse e Callimachi Fragm. 26. observavit Ruhnk. Epist. crit. II. p. 43. [=p. 178.] ABR. Vide interpretes ad hoc Fragmentum, sic legendum : Ἀγρόσε τοι πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα. BO.

Pag. 45. Κομψότεροι) Glossa codicis : δεινότεροι. Interpretatio hæc non bona. Vertisset melius, ἀστειότεροι, χαριέστεροι. Schol. Gregorii Naz. in Montacutiana p. 25. κομψόν ἐστι τὸ εὐπρεπὲς καὶ χάριεν. Idem p. 83. τὸ κομψὸν ἐπὶ τεττάρων εἴρηται — ἢ ἐπὶ τοῦ ἀστείου καὶ χαρίεντος. De hac voce fuse Ruhnken. ad Tim. Lex. ubi quem adtulit p. 162. Grammaticus ineditus, nunc est editus, Phrynichus nempe, in Bekk. Anecd. p. 102, 23. Basilius ineditus in Scholiis ad Gregor. Naz. Orat. 53. init. τοὺς ἐν λόγῳ κομψούς) Δύο ἡ λέξις σημαίνει· ἐπί τε ἐπαίνου, τὸν εὐπειθῆ καὶ προσηνῆ· ἐπί τε ψόγου, τὸν πανοῦργον καὶ καμπύλον καὶ τὴν διάνοιαν διεστραμμένον. Ἀμφότερα δὲ ἀπὸ τοῦ κάμπτω εἴρηται. Mihi placet magis opinio Scholiastæ Montacutiani qui p. 83. τὸ κομψὸς derivat ἀπὸ τοῦ κόμπου. Et ipse ita sentire alibi videtur Basilius ad hæc Gre-

gorii Orat. 19. p. 300 A. ὡς οἱ πολλοὶ τῶν νῦν προσποιουμένων φιλοσοφεῖν καὶ κομψοὶ τὸ φαινόμενον) προσχήματι μὲν ταπεινοὶ, κομψοὶ δὲ, εἴτουν κομπηροὶ καὶ ὑπερήφανοι τὸ φαινόμενον. Adde Proclum in Cratyl. § 120. BO.

Pag. 45. Λαέρτην) Quod veluti alter quidam Laertes, urbe et societate relicta, ruri operam daret. Cf. Æneas Soph. Ep. 2. locus omnino huc faciens : Λαέρτης ὁ γέρων οὐκέτ' ἤθελεν εἶναι βασιλεύς — ἀλλὰ κηπουρός τε εἶναι καὶ τῶν δένδρων ἐπιμέλεσθαι· σὺ δέ μοι δοκεῖς ἐζηλωκέναι τὸν ἄνθρωπον. LAMB. Hoc de loco se egisse ad Charit. suum mihi significavit Dorvillius. ABR. Nempe ad 1. c. 3. pagin. 221.

Pag. 45. Ἔμελεν) Ex Merceriana quarta dedi ἔμελεν pro ἔμελλεν. ABR. Sambuc. ut cod. ἔμελλεν. De horum verborum synchysi et vocum adfinium notavi ad Marinum, ad Planudem. BO.

Pag. 45. Σκαπάνης) Glossa codicis : σκάφιον, ὀρύγιον, δίκελλα. BO.

Pag. 45. Φηγοῖς ὑποκαθήμενος — ὡμίλει) Virgilius : „ Tantum inter densas, umbrosa cacumina, fagos Assidue „ veniebat. Ibi hæc incondita solus Montibus et silvis „ studio cantabat inani. » MERC. Æneas Soph. Epist. 2. loco modo adlato, vel ex Aristæneto proficiens vel ex Callimacho, fonte communi : σὺ δέ μοι δοκεῖς ἐζηλωκέναι τὸν ἄνθρωπον (Laertem nempe)· οὐ γὰρ ἂν, τὴν πόλιν καὶ τοὺς σαυτοῦ ἀπολιπὼν, χρόνον οὕτω μακρὸν ἐν ἀγρῷ προσκαθήμενος τοῖς φυτοῖς διῆγες λαλῶν. BO. Ὑποκαθήμενος

φηγοῖς ἢ πτ. scriptum pro καθήμενος ὑπὸ φηγ. Quod ut nemo non hic statim animadvertit, sic passim similis exempli alia occurrunt loca, quæ eo non attendentibus tantas obfundunt tenebras, ut se non expediant. Interim si quis dativos regi velit ab ὡμίλει, res plane eodem recidet; cum, utrocunque modo processeris, extrinsecus αὐταῖς fuerit adsumendum. ABR. Eadem prorsus est syntaxis ratio in loco Æneæ. BO.

Pag. 45. Πτελέαις) Vir doct. apud Dorv. Crit. Van. p. 606. et Pauw. in notis vertunt *ulmis*. ABR. Et recte quidem. BO.

Pag. 45. ὡμίλει) ὁμιλεῖν ut Ep. 4. ὁμιλῆσαι τῇ θεραπαίνῃ, i. e. διαλέγεσθαι. Plene ap. Thucyd. VI. 17. λόγοις ὁμιλεῖν. Lexica vix istum verbi usum attigere, passivum ne norunt quidem. Etc. ABR.

Pag. 45. Ἐγκεκολαμ.) Glossa codicis, κολάπτω, τὸ κλύπτω ἢ κλώθω πρὸς τὰ γόνατα. BO.

Pag. 45. Φέροιτε) Interpres junxit cum εἴθε. Sed qui poterat Acontius optare votis ut arbores fierent vocales et ratione præditæ, non poterat optare ut corticibus nomen Cydippes inscriptum ferrent; illud enim in Deorum potestate erat, hoc in sua. Desperans de voto illo insano, » saltem » ait » feratis corticibus eas inscriptas literas, » quibus *Cydippe pulcra* significetur; » et simul his cum verbis cultello vel acuto silice fago proximæ aut ulmo amatum insculpebat nomen. BO. Obvia ubique exempla amantium, qui inscriberent nomina amicarum teneris

arboribus, ut simul crescerent. Virgilius [E. X. 53.]; Ovid. [Ep. V. 21.]; Floridi antiqui. Adde solitos scribere cum elogio earum formæ : Κυδίππη καλή, Λαΐς καλή. Lucianus, ἐν Ἔρωσι [c. 16.] de illo qui Cnidiam Venerem deperiit : ἤδη δὲ πλέον αὐτῷ τοῦ πάθους ἐρεθιζομένου τοῖχος ἅπας ἐχαράσσετο, καὶ πᾶς μαλακοῦ δένδρου φλοιὸς Ἀφροδίτην καλὴν ἐκήρυσσεν. Aristophanes Acharnensibus [143.] : Ὑμῶν τ' ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ Ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφεν· Ἀθηναῖοι καλοί. Ubi doctissimus Scholiastes : ἴδιον ἐραστῶν ἦν τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις, ἢ δένδροις, ἢ φύλλοις, οὕτως· Ὁ ΔΕΙ͂ΝΑ ΚΑΛΌΣ. Καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ [Fragm. 101.]· Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε Γράμματα, Κυδίππην ὡς ἐρέουσι καλήν. Καὶ ἐν τοῖς Σφηξίν· Ἰὼν παρέγραψε· Κῆμος καλός : ubi habes et de hoc amantium more, et versus Callimachi, ex quibus transtulit Noster; e quo certe et alia habet in hac Epistola quæcumque grandiora : sed periit nobis Callimachi carmen de Acontio. MERC. Vide interpretes ad Callim. locum, et Hemsterhusium ad Propert. Burm. p. 932. qui ex Aristæneti verbis vult κεκολαμμένα Callimacho restitui pro κεκομμένα, quæ emendatio jam fuerat proposita a Pierson. Veros. 1. 8. p. 99. ubi κεκολαμμένα illustratur. BO. Mos hic vetus amantium, arborum corticibus nomina inscribere. Theocrit. Id. 18. [v. 47.]. LAMB. Adde Bentl. ad Callim. l. c. BO.

Pag. 46. Κυδίππη, καλήν σε—) Κυδίππη καλὴ, εἴθε σε καὶ εὔορκόν ὀμ. προσείπω. Tum in ταχὺ forte latet εὐλαβοῦ, et deinceps exciderunt quædam quibus sequens

μηδὲ respondet. Etc. REISK. Absurda omnia. BO.

Pag. 46. Ἐπὶ σοί) Vir doctus ap. Dorvill. ἐπὶ σέ. ABR. Cod. ἐπὶ σοί, non movendum. BO.

Pag. 46. Ἀφῇ καὶ ἀνελῇ) Nempe ἀφεῖσα ἀνελῇ σε. BO.

Pag. 46. Μένῃ) Editiones et cod. μένει. Recepi emendationem a Pauwio propositam et a viro docto in Crit. Van. p. 606. BO.

Pag. 46. Πῶμα) Sic omnes editores recte, præter Polyzoem, qui habet πῶτμα. Cod. πτῶμα. Homerus Il. 4. 116. Αὐτὰρ ὁ σῦλα πῶμα φαρέτρης. Dianæ imaginem cum pharetra operculo clausa vide in notis ad Pompon. Mel. pp. 84, 96. et in Millini Monumentis ined. t. 1, p. 325. Ibi p. 361. Millinus de Pharetræ operculo notavit. BO.

Pag. 46. ὦ δυστ.) Sic scribere placuit pro ὦ δ. 1. Est enim interjectio vocis et exclamatio: Conf. pagg. 209, 218, 236. BO.

Pag. 46. Μάλιστα δὲ τοὺς ἀμελοῦντας —) Nonne convenientius de virginum præside legeretur hic, τὰς ἀμελούσας? PAUW. Τοὺς ἀμελοῦντας, non ἀμελούσας, ideo quia in genere loquitur. Vide nonnihil hanc in rem notatum Gavello ad Luciani Tragopod. 82: cf. Schrad. ad Mus. p. 259. Τοὺς ἀμελοῦντας tuetur quoque peritia Dorvillii Anim. in Char. p. 153. [=p. 292.] ABR. Euripidea Alcestis 384. Ἄρχοῦμεν ἡμεῖς οἱ προθνήσκοντες σέθεν: vide Barnes. ad Iphig. T. 539; Elmsl. ad Med. 379, 823. De re minus sollicitus fuit Tibullus 1. 4. 25: » Perque suas » impune sinit Dictynna sagittas Adfirmes. » BO.

Pag. 46. Ἔσται) Mercerus, ἔστω, cui emendationi quidam Tollii exemplaris margini adscripsit : » non necesse : nam Attici indicativi futuro pro imperativo » utuntur. » Ἔστω quoque correxisse Douzam docemur [a Dorvillio] Obs. Misc. I. p. 393. ABR. Et ἔστω Tayloro placuit Anonymo in Misc. Obs. ibid.; frustra. Nec ἔσται est futurum pro imperativo : est omnino futurum. Codex, ἔσται. Ceterum facilis est hæc permutatio atque exemplis probabilis : cf. ad II. 1. BO.

Pag. 46. Μαθήσομαι) Μαθήσωμαι : Quis dubitet? PAUW. Tollius, aliusve vir doct., ut Pauw. tam in notis quam præf. ad Phryn. p. 71. legunt [?] μαθήσωμαι. Sententia est : » discam modo ut curaveris verba illa inscri» ptionis, atque, hoc ubi didicero, tunc a flamma tua re» movens liberansve animam meam »—Καὶ valet καὶ τότε, ut Latini τῷ *et* utuntur pro *tunc*. Etc. Jure quoque Dorvill. Vann. p. 606. hic tuetur editam, cui præterea aliud quid de statu controversiam moveri vetat; quod, quia facile perspicitur, nil attinet indicare. ABR. Conatus difficiliores et operosiores Taylori omitto, quos spectent nugularum criticarum amatores in Misc. Obs. I. p. 393, 394. BO.

Pag. 46. Ἀπαλλάττων) Si unquam doctus interpres errorem commisit, certe hic est. Ἀπαλλάττειν est *redimere, vicem alterius subire*. Et sic hic exprimi debet, juxta totum loci sensum. Et quomodo interpretabimur πρηστῆρος? Ovidius nos omnium optime in loco parallelo

docebit [Ep. xx. 117.] : »Parce, precor, teneros corrumpere febribus artus. Servetur facies ista fruenda mihi! Serventur vultus *ad nostra incendia* nati!» ANONYMUS. Recte reprehendit Mercerum. Douzæ *permutans* aliquomodo propius accessit. At verum est *redimens*. Dicit Acontius se non permissurum, ut Cydippe puniatur propter perjurium, et, ne febri ardenti, πρηστῆρι, pereat illa, animam suam se oblaturum, quasi succedaneam hostiam. Etc. DORVILL. ad hæc Tayloriana.— In Vanno idem proposuit ἀνταλλάττων. Sed cur sana vox mutetur? Facio de sensu loci cum Abreschio, et cum Pauwio vertente : » et a flamma et face tua animam avellens. » Πρηστὴρ hic non est febris, sed amor et cupidinis incendium : potuit vocem magnificam a Callimacho desumere. Plato Alc. I. § 2. εὖ οἶδα ὅτι θαυμάζοις τι διανοούμενός ποτε οὐκ ἀπαλλάττομαι τοῦ ἔρωτος : et § 4. πάλαι ἂν ἀπηλλάγμην τοῦ ἔρωτος. BO.

Pag. 46. Ἥπερ ὕδατος) Sic Mercerus pro εἴπερ. ABR. Recte omnino. Codex, εἴπερ. Psalmus 21, 14. ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην, καὶ διεσκορπίσθη πάντα τὰ ὀστᾶ μου. Ps. 78, 3. ἐξέχεαν τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς ὕδωρ. Reg. II. 14. 14. θανάτῳ ἀποθανούμεθα καὶ ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ καταφερόμενον ἐπὶ τῆς γῆς. BO.

Pag. 46. Εἰχῆ) Merc. Abresch. εἰχῆ. Polyz. εἰχῆ, melius: cf. Gottleb. ad Menex. p. 18. BO.

Pag. 46. Κἂν ὑμῖν) Editiones κἂν ἐν ὑμῖν. Pauwius proposuit κἂν ὑμῖν vel καὶ ἐν ὑμ. Placebat mihi ad Nicet. Eug.

p. 206. posterior correctio; nunc placet prior ob κἀν τοῖς ἐδέσμασιν Epist. 12. infra. BO.

Pag. 46. Πίτυος — ἠράσθη κυπάριττος) Vide Achill. Tat. I. p. 57. ABR. Nicetas Eug. IV. 142. Ἐρᾷ δὲ φυτοῦ φυτὸν ἄλλο πολλάκις : ubi cf. quæ adposui similia. BO.

Pag. 46. Οὐ γὰρ ἐφυλλοροεῖτε) Ἐφυλ. μόνον. REISK. Ellipsis vocabuli μόνον in talibus ubique obvia. ABR. Ellipsis quidem obvia : cf. Notit. MSS. t. XI. part. 2. p. 21. Sed non puto hic μόνον deesse, quum sequatur adverbium ἁπλῶς. BO.

Pag. 46. Καὶ τοὺς κλάδους) Glossa codicis : λείπει οὐδέ. BO.

Pag. 46. ὁμοῦ καὶ) Quum editiones haberent ὑμᾶς καὶ, varia et inania fuerunt Pauwii, Abreschii, Reiskii, molimina, quæ non describam. Cod. ὑμᾶς : sed a secunda manu ὁμοῦ, quo recepto, nihil jam est difficultatis. Vir quidam doctus ap. Dorvill. verum viderat, legens ἅμα. BO. Lege cum codice ὁμοῦ. I. Ep. 2. ἐραστὴν ὁμοῦ καὶ ἐρώμενον. Philo t. 3, pag. 431. δεσπότης ὁμοῦ καὶ πολέμιος. Alciphr. I. 11. ξίφεσιν ὁμοῦ καὶ θαλάττῃ. BAST.

Pag. 46. Ὑπονοστήσας) Est quasi dicas *subgressus*, i.e. *subsidens*, infra ad radices usque ingressus. Thucyd. III, 89; Phil. Jud. p. 743. Etc. ABR.

Pag. 46. Τὸ παιδίον) Pro μειράκιον. Ut supra : ὦ κάλλιστον παιδίον Ἀκόντιε. Sed et Cydippe : εἶπεν ἡ παῖς. MERC.

» bant hymenæum. » Visne alium locum, ne sit d... quid? Audi Lucianum Nigr. I. ἥκω σοι εὐδαίμων τε ... μακάριος γεγενημένος, καὶ, τοῦτο δὴ τὸ ἀπὸ τῆς σκηνῆς ὄνομα, τρισόλβιος. Nil similius. BO.

Pag. 49. Πρὸς ἐκφορὰν ἀντὶ νυμφαγωγίας) Ad ἐκφορὰν, Codicis glossa, ταφήν. Pro νυμφαγωνίας, Abresch. recepit Merceri conjecturam, ut et Polyzoïs, perspicue codicis scriptura firmatam. BO. Gloss. Vet. Ἐκφορά· *funus*. Donat. in Ter. Andr. I. 1. Achill. Tat. I. [c. 13.] τάφος μέν σοι, τέκνον, ὁ θάλαμος, γάμος δὲ ὁ θάνατος· θρῆνος ὁ ὑμέναιος — ἄλλο σοι, τέκνον, προσεδόκων πῦρ ἀνάψας· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔσβεσεν ἡ πονηρὰ Τύχη μετὰ σοῦ, ἀνάπτει δὲ δᾷδας κακῶν. Ὦ πονηρᾶς τῆς σῆς δᾳδουχίας! Etc. LAMB. Quo in loco Achillis Venetus Cod. 409. ὦ πον. ταύτης δᾳδ., melius, ut videtur. BO. Sic sæpissime scriptores. Xenoph. IV. Cyr. p. 309. νεκρὸν ἀντὶ νυμφίου ἐκομισάμην. Heliod. II. p. 111. τὸν ὑμέναιον ᾀδόμενον ἔτι διεδέχετο θρῆνος καὶ ἀπὸ τῶν παστάδων ἐπὶ τὸ μνῆμα παρεπέμπετο. Idem IV. pag. 181; Apul. Flor. III. pag. 234; Calpurn. Decl. 29; M. Senec. Exc. VI. Controv. 6; Himer. p. 48. [Or. 23. 8.] ABR. In loco Heliodori, pro παρεπέμπετο, cod. Venet. 409. exhibet παρεγένετο, neutiquam præferendum. Ovidius in Cydippe sua, loco huc inprimi faciente et e communi fonte, Callimacho nempe, petito: » Nostraque plorantes video super ora parentes, Et face » pro thalami fax mihi mortis erit. BO.

Pag. 49. Ἀνεσφήλε) Cod. ut Sambuc. ἐνέσφηλε. Mercer.

roposuit ἀνέσφ. quod fuit deinceps in ordinem receptum. O. Scr. ἀνέσφηλε, *convaluit*. In Axiocho [c. 2.]: καὶ ἐρ ἤδη πολλάκις αὐτῷ γέγονε συμπτώματος ἀνασφῆλαι. IERC. Euseb. Hist. VI. 44. ἐν νόσῳ δὲ γενόμενος, βραχὺ ἀνασφήλας. BAST. Cf. omnino Fischeri index in xiochum. Lexicon in Bekk. Anecd. p. 393, 5. Ἀνασφήλας· ἑαυτὸν ἀναστήσας ἢ ἀναλαβών. BO.

Pag. 49. Ἀπὸ συνθ. τῆς τύχης) Recepi, pro edito ψυχῆς, Merceri conjecturam verissimam. Sæpissime permutari ψυχὴ et τύχη multi notaverunt: cf. Bast. Comm. Pal. p. 739; Wyttenb. Anim. ad Plut. t. 1, p. 230; sed cujus emendationes in Iamblicho et Dione Chrys. non videntur necessariæ. Millinus Monum. Ined. t. 2, p. 67. ψυχῆς pro τύχης recte in Inscriptione restituit. BO.

Pag. 49. Τῇ κόρῃ;) Signum interrogandi potest abesse. BO.

Pag. 49. Εὔορκον ἀποφῆναι) I. 15. Ἄρη περιττὸν ἀποφαίνει. De hoc usu τοῦ ἀποφαίνειν et ἀποδεικνύειν, *efficere, reddere*, cf. notata ad Eunapium. Lucianus Imag. I. ἀχανῆ σε... ἀποφανεῖ. Alciphr. I. 18. μή σε... ἡ γῆ ναυηγὸν ἀποφήνῃ: ubi Bergler. BO.

Pag. 49. Οὐ μόλιβδον συνεπιμ. ἀργύρῳ) Reposui codicis lectionem pro edita μόλυβδον. BO. Comparat hæc Pricæus cum illo Apulei VI. Miles p. 124. » Jam faxo nuptias non » impares. » ABR. Lucian. Apol. pro Merc. II. τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους, ὅσον μόλιβδος ἀργύρῳ, χαλκὸς χρυσῷ, καὶ ἀνεμώνη ῥόδον, καὶ ἄνθρωπος πιθήκῳ.

Racinius eadem metaphora in Athalia : » Comment en
» plomb vil, l'or pur s'est-il changé ? « BO.

Pag. 49. Ἡλικιώτιδες) Cod. ἡλικιότιδες, ut Sambuc
et Mercerianæ prima et secunda. BO.

Pag. 49. Ὑμέναιον ᾖδον) Cf. Hemsterh. ad Xen. Eph
in Misc. Obs. vol. 5. t. 3, p. 59. BO. Liban. t. 4, p. 10
εἶδεν ὑμέναιον ζώσης ἐμοῦ. Corrig. ᾖδεν. BAST. : qu
occupasse videtur Abresch. in Miscell. Observ. Nov. t.
p. 19. BO.

Pag. 49. Ἡ διδάσκαλος) Cf. not. Vales. ad Ammia
Marc. XIV. 6. p. 27. de chori magistro ; etiam, monen
me Barkero, Cuperus Observ. I. 1. BO.

Pag. 49. Ἀπᾴδουσαν) Codex, ut Sambuc. Merc.
Pauw. ἐπᾴδ. Aliæ ἀπᾴδ. Machon Athen. VIII. c. 4
v. 45. Κλέων τις ἦν κιθαρῳδὸς ὃς ἐκαλεῖτο Βοῦς, Δει
ἀπᾴδων. BO. Lege ἀπᾴδουσαν et mox τὸ κοῖλον. E Phi
lostrati Venere : ᾄδουσι γὰρ αἱ παῖδες· ᾄδουσι καὶ ἡ διδά
σκαλος ὑποβλέπει τὴν ἀπᾴδουσαν κροτοῦσα τὰς χεῖρας κ
εἰς τὸ μέλος ἱκανῶς ἐμβιβάζουσα : quod Noster levit
mutavit, ut solet. Nam illa χειρον. τὸν τρόπ. posuit p
κροτοῦσα τὰς χεῖρας. Quæ sequuntur sunt ex ejusde
Philostrati Κώμῳ· μιμεῖταί τινα ἡ γραφὴ καὶ κρότον,
μάλιστα δεῖται ὁ Κῶμος· καὶ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὑπε
σταλμένοις ὑποκειμένην τὴν ἀριστερὰν πλήττει εἰς τὸ κοῖλο
ἵνα ὦσιν αἱ χεῖρες ξύμφωνοι, πληττόμεναι τρόπῳ κυμβά
λων. MERC. Nonne omnes consonæ convenirent meli

aliquid delicatius suggererent? Non invitus scribam, ὡς ἐπᾳδούσας: ut sequens significet modorum regimen chironomo in omni cantu, etiam absolutissimo et maxime consono, adhibendum. PAUW. Salmasium ad Vopisc. Carin. p. 841. nulla hic tetigit mendæ suspicio. Sed præterquam quod alium in scopum hoc loco utebatur, non meminerat sumtum esse e Philostrato. Erat vir doct. qui negabat videre se quid sibi velit Merceri emendatio ἀπᾳδ., invecta in textum. Ipse corrigebat ὑπᾴδουσαν, *præeuntem canendo sequentem* vel imitantem. Mihi ut ita facerem ratio fuit, quod continuo subjicitur, καὶ εἰς τὸ μέλος ἱκ. ἐνεβίβαζε (Forsan malit quispiam ἀνεβ. *reduxit*, prout vertit Mercerus: ego receptæ lectioni controversiam haud facile moveam. Eodem verbo eumdem fere in sensum usus Procop. H. Arc. c. 21.); et quia, quem Aristæn. descripsit, Philostratus ἀπᾴδουσαν habet, simulque, ut Noster, ἱκανῶς, pro quo idem vir d. corrigebat ἀγανῶς. In eo vereor ne reprehendi merear, quod non simul ex eodem Philostrato reduxerim ὑπέβλεπε: ita certe visum Cl. Dorvillio in Char. p. 506. [=p. 509.] ABR. Servari potest ἐπέβλεπε. Hoc loco utitur Meursius Orch. cap. de χειρονομίᾳ, parum apte, ut videtur: ceterum ἀπᾴδουσαν scribit. BO.

Pag. 49. Χειρονομ. τὸν τρόπον) Nihil aliud est quam manum ita jactare et commovere, ut modorum designetur ratio; ut, ubi exaltandi sint, manus exaltetur; ubi deprimendi, deprimatur, aliaque ad normam istam, juxta artis præcepta, notentur et indicentur commode. Id autem

factum una manu, et quidem tota, non digitis aut palmis; neque in ista χειρονομίᾳ plausus aut strepitus ullus; sol enim motu res peracta. Κροτεῖν χεῖρας aliud. Etc. PAUW. Frustra Mercero obloquitur Pauwius. Τὸ χειρονομεῖν magistri chori munus erat, fiebatque vel manus motu unius vel manuum complosione ex certa intervallorum proportione repetita. BO.

Pag. 49. δακτ. ὑπεστ.) Casanova ad Philostr. Epist. p. 119. Merceri versionem *diductis* (quæ versio τοῦ ὑπεστ. in prima et secunda editione visitur) reprehendit, ipse sic vertens : » sa main droite joignant et laissant un peu aller » les doigts, frappoit dans le creux de la gauche, et ce » claquement de mains rendoit un son doux sonant à guise » de cymbales. » Adi de hoc loco et Lampium de Cymb. I. 17. p. 108. BO.

Pag. 49. Εἰς τὸ κοῖλον) Receperunt Abresch. et Polyx. hanc conjecturam Merceri, pro ε. τὸν κ., loco Philostrati firmatam. Codex, εἰς τὸν κ. BO.

Pag. 49. Δ' οὖν ὅμως) De formula hac pleonastica cf. vir doctiss. ad Luc. Asin. p. 176. ubi inutilis proposita fuit Phrynichi correctio. Heliodor. III. 19. χαλεπῶς μὲν — ἐλευσόμεθα δ' οὖν ὅμως. VII. 7. μόλις μὲν, ἐπείθετο δ' οὖν ὅμως. Frequens est in hac locutione Heliodorus: v. c. II. 4. 19; V. 8, 29; VI. 9, 14. Plato Menex. § 17. ὅμως δ' οὖν. Plut. Galb. 10. χαλεπῶς μὲν καὶ μόλις, ἔπεισε δ' οὖν τοὺς στρατιώτας. Adde Lucian. D. M. 16. 3; Jup. Trag. 24, 39; Sacrif. 11; Prom. 4: Plutarch. Alc. 38; Manuel.

Palæol. in Notit. MSS. t. 8, pag. 330; Demosth. t. 2, p. 120 T.; Liban. t. 2, p. 317, 12; Onosand. 6. Cf. not. ad Phil. Her. p. 409. et Wagner. ad Alc. I. 59, 14. Chion Ep. 12. ἐξέβαλον αὐτοῦ τὸ ξίφος, καὶ ἐτρώθην μὲν κατενεχθέντος ἐπὶ τὸν πόδα, οὐ χαλεπῶς δ' ὅμως: Cod. Mazar. A 87. κατ. αὐτοῦ. Vide Hermann. ad Suppl. 843. BO.

Pag. 49. Ἅπαντα — βραδύνειν) Vide quæ hanc in rem plena manu dat Barth. in Claud. pag. 809. et ad Stat. I. Th. 315. ABR. Vide similia in B. Martini Var. Lect. III. 19. Berglero ad Alc. II. 3, 104; Heliod. II. p. 93; Charit. I. 13. p. 26. BAST. et in Schradero ad Mus. p. 321: ubi non omittitur Xenophontis Eph. locus I. 8. huc unice adponendus: βραδύνειν δὲ πάντα ἐδόκει Ἀβροκόμῃ καὶ Ἀνθίᾳ. BO.

Pag. 50. Ἡμέραν — μακροτέραν) Pyramo ap. Ovid. M. IV. 91. in tali negotio » lux tarde decedere visa.» Molierius *Dépit Am.* V. 2. » Je n'ai jamais trouvé de jour plus en» nuyeux; Le soleil semble s'être oublié dans les cieux. » Etc. BO.

Pag. 50. Νύκτα βραχυτέραν) Pierson. Veros. p. 100. legit βραδυτέραν, probante Villois. ad Long. pag. 127: male uterque, si quid video. Nescio quæ fuerit Bastii sententia. Ad hunc locum notavit, memor, ut videtur, emendationis Piersonii, βραχύτητα et βραδύτητα permutari in Luciano Pro imag. c. 18. BO.

Pag. 50. Ἀκόντιος — τὸν Μίδου χρ.) Μίδου est conjectura Merceri, pro pristino Μήδου, quod et habet codex.

BO. Nexu suo cum illa destituantur, suspicor Ἀκόντιος ex margine, cui quispiam, indicaturus nominativum hic adsumendum ex præmisso ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ, adposuerat, immigrasse in τὸ κείμενον, unde fieri non poterat aliter quin corrumperetur locus, cum prius esset, ἧς οὐκ ἂν ἤλλάξ. vel ὥστε οὐκ ἂν ἤλλ. Valckenarius sic legit: βραχύτεραν. Τῆς νυκτὸς ἐκείνης Ἀκόντιος οὐκ ἂν ἤλλ. ABR. Ratio Valckenarii in eo peccat, quod membrorum lædit symmetriam: ἡμέραν ἐκείνης μακροτέραν postulat sequens νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης. Abreschius sibi impedimenta ipse parit. Cum ἠλλάξατο subaudiendum τῆς κόρης, quo sequens τῇ κόρῃ facile ducit. BO.

Pag. 50. Τὸν πάντα πλοῦτον) Bene hæc vertit Bergler. ad Alciph. p. 231. » Acontius aurum Midæ permutatum » cum puella non accepisset, neque ei contra æstimasset » omnes divitias. » BAST. Τὸν Ταντάλου πλοῦτον. Cf. Ep. 18. REISK. Etsi commode obtineat edita lectio, tamen quod dat correctio viri Cl. probabile est ab Auctore profectum, cui proverbialia in deliciis. ABR. Jacobsius ad Anal. Gr. t. 8, p. 290. reponit quoque Ταντάλου πλ. BAST. Aristid. t. I, p. 465 A. loco huc faciente: ἐμοὶ οὐδὲ σύμπαντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων χρήματα ἀντάξια τῆς συνεχείας ταύτης εἶναι δοκεῖ. BO.

Pag. 50. Ἀνέραστον) Eodem sensu quo præmisit τῶν ἐρωτικῶν ἀμαθής. Et sic ἀνέρ. καλῶν dixit Heliod. VII. p. 318. Lexica passivam tantum norant significationem pro *inamabili*, *inviso*. ABR.

Pag. 50. Οὐκ ἀπεικός) Mercerus sic conjecit pro edito ἀπεικοδν, et receperunt Abr. et Polyz. cod. favente. BO.

Pag. 50. Ὃς δ' οὖν νυκτομαχήσας) Editi, ὡς. Mercerus conjecit ὁ δ' οὖν, quod amplectitur Schrader. ad Mus. p. 126. Pauwius putat in libris scriptum fuisse quibusdam ὡς δ' οὖν ἐνυκτομάχησεν, in aliis ὁ δ' οὖν νυκτομ. Scripsi ὃς, *hic*, quod et Reiskio venit in mentem. Exstat eadem permutatio in Eunapio, ubi cf. not. p. 220. BO.

Pag. 50. Νυκτομαχ) Cf. finis Epist. 16. ubi ἐφιλονεικοῦμεν δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἁμιλλώμενοι. Apuleius M. II. p. 32. » his et hujusce modi *colluctationibus* ad confinia » lucis usque pervigiles agimus. » Arnob. III. p. 105. » avet animus atque ardet... conspicere... Priapum inter » deas virgines atque matres circumferentem res illas, » *prœliorum* semper in expeditione paratas. » De duello hoc erotico vide Pric. ad Apul. M. p. 87; Valcken. ad Catullianum » nocturnæ portans vestigia *rixæ* »; collato Schradero l. cit. BO.

Pag. 50. Τότε λοιπόν) Mercerus proposuit τό γε λοιπὸν, quod recepere Abr. et Polyz. Nihil omnino mutandum est. BO.

Pag. 50. Ἔκαον—δαΐδες) Polyz. ἔκαιον. Equidem vix puto hic esse ἔκαον et statim καίεσθαι ab Auctore ipso scriptum. Scripsit, opinor, ἔκαον, κάεσθαι, vel ἔκαιον καίεσθαι. Vel nihil mutandum; nam ob formam δαΐδες pro δᾷδες eo fere adducor ut verba poetæ agnoscam. BO.

Pag. 50. Ἐπλεονέκτουν—μειονεκτοῦσιν) Hæc verba et

nomina, πλεονεξία μειονεξία, per antithesin sic posita exemplis illustravi ad Philostr. Her. pag. 607. Lucianus Cyn. 15. πλεονεξίας μήποτε ὀρεχθείην, μειονεκτῶν δ' ἀνέχεσθαι δυναίμην. Apollonius Tyan. ap. Philostr. II. 35. 36. σκεψώμεθα τί μειονεκτήσειε τῷ ὕπνῳ (Cod. 1696. non pejus, imo melius, μειονεκτήσει ἐν τ. ὕ.) μεθύοντος ὁ τὸ ὕδωρ πίνων — Ὅσον πλεονεκτοῦμεν οἱ τὸ ὕδωρ πίνοντες... ἐγὼ δηλώσω. Recentissimus Neophytus Ducas in Gramm. Terpsith. p. 203. Ἐπειδὴ τὰ προσόντα πλεονεκτήματα τοῖς ἐπιγιγνομένοις μειονεκτήμασι ἀπημαύρωσε. BO.

Pag. 50. Κολοφῶνα) Cf. Erasm. Adag. II. 3, 45; III. 10, 82; Schott. ad Vat. Append. II. 43. et ad Suid. Ad. XIII. 75. BO.

Pag. 50. Γυναιξὶν — χόραι) Cf. p. 354. BO.

Pag. 50. Χρυσόπολις) Non miror passim damnatam hanc lectionem a doctis, certatimque substituisse quemque pro arbitrio quod lubitum cuique. Idem accidisset mihi, nisi incidissem in Joannem Tzetzem, qui unica fax huic loco [Chil. IV. 412.]: Πόαν καλοῦσι δέ τινα χρυσόπολιν τῇ κλήσει, Ἡ τὸν χρυσὸν τὸν καθαρὸν χεόμενον τοῖς φύλλοις Δέχεται, καὶ χρωννύεται πρὸς βάθος βεβαμμένη. Ἂν δ' ἔστι κίβδηλος χρυσὸς, οὐ δέχεται τοῖς φύλλοις. » Herba est quæ sincerum aurum foliis accipit et colo» rem imbuitur; insincerum respuit. » MERC. Hujus herbæ idem Jo. Tzetzes meminit in Præfat. ad Hes. Ἔργα. Addam ap. Plut. de Flum. p. 14, ubi de Pactolo agit, dici non χρυσόπολις, sed χρυσοπόλη, uti observat Car.

Dufresne. DORVILL. In Misc. Obs. t. 1, p. 397, 398: quæ loca et invenerat Lambecius.—Pauwius comma posuit post τῷ χρυσῷ, ob distinctionem laudatus a Dorvillio Crit. Van. 442, sed ob id simul acriter reprehensus, quod lectorem non monuerit. Dorvillius ibi et in Misc. Obs. l. c. sic intelligenda hæc verba esse tradit: » veluti » chrysopolis herba *auro*, Cydippe juveni adhæsit. » Sed Pauwius Præf. ad Phryn. non longe a fine, ait se illa distinctione minime necessaria, casu potius quam consilio, usum fuisse, et Merceri versionem esse optimam, et χρυσῷ esse epithetum τῷ μειρακίῳ jungendum. Abreschius putat esse χρυσῷ nomen, non adjectivum, quæ ratio est Dorvillii. Reiskius legere vult τῷ χρυσῷ, οὕτως ἡ κόρη τῷ μειρακίῳ, Dorvillii rationem sequens et adjuvans inutiliter constructionem: nam ellipsin comparandi vocularum esse frequentem Abreschius ostendit. Equidem versionem Merceri atque Pauwii interpretationem præfero, etsi et Huetius distinguat post χρυσῷ et vertat ut Dorvillius. Ludit non insuaviter Sophista in epitheto χρυσῷ, quod jam non semel adhibuit metaphorice. Hic est ergo sensus: » velut » chrysopolis herba (*quæ adhœret auro*) *aureo* Cydippe » adhæsit juveni. » Et lusum optime servat oratio latina, in qua idem est vocis *aureus* tropus. Notatis de herba ipsa adde locum alium Tzetzæ Chil. IV. 713. Καὶ τὴν μαγνῆτιν πῶς ἐρᾷ φιλίας τοῦ σιδήρου, Ἡ πόα δὲ χρυσόπολις τοῦ καθαροῦ χρυσίου; et Observ. Sel. Halens. t. 10, p. 97. BO.

Pag. 50. Μειρακίῳ) Omnes editiones μείρακι: sed codex

μειρακίῳ, monente Bastio in meis ad Eunap. notis p. 586; quam lectionem apte divinabat Reiskius. Μεῖραξ in primis usurpatur de puellis : vide supra p. 252, et quæ notavi p. 291. ad Eunapium, cui ἐν μειρακίῳ restitui e codd. pro Commeliniano ἐν μείρακι. BO. Cf. schol. Lucian tom. 9, p. 223. [ad Pseudosoph. § 5.] BAST.

Pag. 50. ὄμμασιν οἷον ἀστέρες ἀντ.) Vide Barth. ad Claud. p. 804 a. ABR. Eunap. p. 29. de Iamblicho et Alypio : περιέτυχόν ποτε ἀλλήλοις ἢ συνήντησαν ὥσπερ ἀστέρες. Nummum vidi ap. Addisonem Dial. p. 201, 10. in quo Neronis et Octaviæ capita opponuntur, illud solis astrum in fronte gerens, hoc lunæ; quæ vere ἀνταυγεῖν dixeris. BO.

Pag. 50. Φαιδρότερον,) Sic mihi distinguere placuit, Mercero aliter. Ceteri tutius nihil distinctionis habent.

EPISTOLA XI.

Pag. 53. Ἔρωτι πλανῶμαι τ. ὄψιν) Sic Theocrit. Id. VI. ἦ γὰρ ἔρωτι Πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται. Talis quoque est Platonis illa parœmia [Legg. V. p. 606.] : τυφλοῦται περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν : quam explicans Tzetz. Chil. VII. 77. ἅπαντα, inquit, τὰ φιλούμενα καλὰ δοκεῖ τοῖς φίλοις. Διόπερ οὕτως εἴρηκε σοφῶς ἡ παροιμία. LAMB. Epist. 3. p. 14. τὴν αἴσθησιν πλανηθείς. BO.

Pag. 53. Μαστροπεύουσα) Cf. II. Epist. 19.

Pag. 53. Γινομένη πλησίον) Idem quod II. 18. extr. παρεστὼς πλησίον. ABR. Non puto. Vide, notam sequentem. BO.

Pag. 53. Ἐπιφθεγγ. τῷ ν.) Dictum pro φθεγγομένων ἐπὶ τῷ νέῳ : *talia de juvene prœdicantes*. ABR. *Ingerentes talia juveni*, dum præteriret scilicet. PAUW. Non placet Abreschii ratio : probo magis Merceri vel Pauwii interpretationem. Hæ mulieres talia dicebant juveni, non ipsum quidem compellantes, sed alta satis voce loquentes ut illas audiret. Hinc credidi πλησίον jungendum cum ἐπιφθ. Lexica habent locutionem αὐτήκοος γίνεσθαι. BO.

Pag. 53. Ἰδοὺ μειράκιον εὐπρεπές) Plautus Milite : » Ergo me Castor ! pulcher est, inquit mihi, Et liberalis. » Vide cæsaries quam decet. Ne illæ sunt fortunatæ quæ » cum illo cubant. » Quæ hic expressit : ἱκανὴ δὲ καὶ ἡ κόμη· et postea, μακαρία ἡ συγκοιμωμένη τούτῳ. Et illud Plauti, » amant te omnes mulieres : » quod infra : πᾶσαί μοι δοκοῦσιν ἐρᾷν αὐτίκα τοῦ μειρακίου. MERC.

Pag. 53. Ἑρμᾶς) Omnes editt. ἐραστάς, nihilque varietatis e codice notatum habeo. BO. Vidi qui legerent Ἔρωτας. At certum est scribendum Ἑρμᾶς, qui effícti olim ad vultum Alcibiadis. Clemens Alex. [Protr. p. 35 D.] : ὥσπερ αὖ καὶ οἱ λιθοξόοι τοὺς Ἑρμᾶς Ἀθήνησιν πρὸς Ἀλκιβιάδην ἀπείκαζον : e quo Arnobius lib. VI. [pag. 198.] MERC. Recte Mercerus Ἑρμᾶς, ex historia. PAUW.

Recte Mercerus Ἑρμᾶς restituit. LAMB. Leg. Ἑρμᾶς BAST. Non tam Ἑρμᾶς quam Ἔρωτας Salmasius docuit, et e Plinii lib. XXXV. 5. firmavit, ubi Cupidines quoque olim ad formam Alcibiadis pictos esse, quod princeps forma, affirmatur. SCHURTZ. Leg. Ἔρωτας. ABR. Quis non hæreat incertus? Elegi Ἑρμᾶς. Proclus in Plat. Alcib. p. 114 = t. 2, p. 261. Cus. ὅτι δ' αὖ μέγας ὁ Ἀλκιβιάδης ἐγένετο καὶ καλὸς, δηλοῖ... καὶ τὸ τοὺς Ἑρμᾶς πλάττεσθαι κατὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ. Cf. Diar. Peregrin. 1760. Aug. p. 141. ex Winckelm. ad Stosch. BO.

Pag. 53. Κατὰ Ἀλκιβιάδου μορφήν) Ineptissime his usus est Ernstius ad Nepotis Alcibiadem c. 1. BO.

Pag. 53. Ὥρας) De Horis deabus habet nonnihil Casaub. ad Athen. II. anim. c. 18. extr. ABR. Cf. p. 293.

Pag. 53. Μέγα φρονῶν) Mercerus sic: prius μεγαφρόνων. ABR. Cod. μέγα φρονῶν. BO. Μεγαφρ. solenne codicum vitium: vide ad Xen. Eph. III. pag. 54, 7. et Reitz. ad Lucian. t. 7, p. 424. Dicitur et μεγάλα φρονεῖν Xenoph. Eph. I. p. 2, 6. BAST.

Pag. 53. Ὑπερηφάνειαν) Secunda manus in codice corrigit ὑπερηφανίαν. BO.

Pag. 54. Ἐπίγρυπον) Sambuc. ἐπήγρυπνον. Mercerus conjecit ἐπίγρυπον, receptum ab Abr. et Polyz. Codex, ἐπήγρυπνον, et a secunda manu ἐπήγρυπον. BO. Lego τὸ ἐπίγρυπον. Plato: οὐ πάνυ εὐγένειος, ἐπίγρυπος δέ. Idem in Phædro [imo Polit. V. p. 390. Mass.] in laudibus ponit

τὸ ἐπίγρυπον, ut contra in culpis τὸ σιμόν. Vide infra Ep. 18. ubi ἐπίγρυπον τὸ βασιλικόν. MERC. Locus Platonis in ejus Euthyphrone est [c. I.]. SCHURTZ. Cf. Olear. ad Phil. Her. p. 725; Lessing. *Collect. zur Litter.* p. 86. et 602, 5; interpr. ad Ælian. H. V. XII. I. p. 710. BAST. Adde notam ad Phil. Her. p. 502, 579; Pontanum ad Macrob. Sat. 7. 3. p. 582. BO.

Pag. 54. Ἱκανὴ δὲ καὶ ἡ κόμη) Ad verbum e Philostrati Amphione: ἡ κόμη δὲ, ἡδεῖα μὲν καὶ καθ' ἑαυτὴν, ἐναλύουσα μὲν τῷ μετώπῳ, συγκατιοῦσα δὲ τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς, καὶ χρυσοῦ τι ἐπιφαίνουσα. MERC.

Pag. 54. Καλὴ μ. καθ' ἑαυτήν) Idem hic verborum est color qui Ep. 3. p. 14. καλὴ — καὶ καθ' ἑαυτὴν ἡ πηγὴ, φαιδροτέρα δέ — ABR. Cf. p. 278.

Pag. 54. Καλλίων) Sambuc. et Mercerianæ καλλίω: sicque codex. Abresch. e mente Pauwii, καλλίων, atque ita Polyz. Cf. supra p. 336. BO.

Pag. 54. Συγκατ. τῷ ἰούλῳ παρὰ τὸ οὖς) Samb. et cod. et Mercerianæ τῶν ἰούλων. Pauw. de correctione monuit, quam recepit Abresch. et post illum Polyz. BO. Dictum ut ap. Petron. c. 18. » *descendentes ab aure* capilli. « Βοστρύχους ταῖς παρειαῖς συγκαταβαίνειν dixit Philostr. Epist. 61. Apul. Apol. p. 137: » vide quam facies ejus » decora — ut decenter utrinque lanugo malis *deserpat.* ABR. Callistrat. Stat. p. 897. ἡ κόμη κατὰ τῶν ὀφρύων ἐφέρπουσα: Cod. ὑφέρπουσα. Philostr. Epist. 59. ἕρπει

μὲν ὁ ἴουλος. BAST. Xenoph. Symp. IV. 23. οὐχ ὁρᾷς τούτῳ μὲν παρὰ τὰ ὦτα ἄρτι ἴουλος καθέρπει. De τῷ ἰούλῳ notavi multis ad Philostr. p. 374; pluribus ad Herod. Epim. p. 45. BO.

Pag. 54. Χλανιδίσκιον) Alciphr. Fragm. ms. καὶ τὰ χλανίσκια ἐπιστορέσασαι: leg. χλανιδίσκια. BAST.

Pag. 54. Οὐ γὰρ ἐφ' ἑνὸς μένει χρώμ. —) Verba sunt Philostrati in Amphione p. 779. Editur ibi: καὶ ἡ χλαμὺς ἣν φορεῖ, παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ καὶ αὕτη· οὐ γὰρ ἀφ' ἑνὸς φέρει χρώματος, ἀλλὰ τρέπεται καὶ μετανθεῖ κατὰ τὴν Ἶριν. Vehementer dubito an stare queat φέρει. Ideo ex nostro emendem μένει. Philostrati verba hoc ordine exhibere cod. Bibl. Lugd. Bat., ἀλλὰ τρέπ. κατὰ τ. Ἶριν καὶ μετανθεῖ, me docuit doct. Bernard., cui et excidisse videntur in Aristæneto illa, κατὰ τὴν Ἶριν. ABR. Cod. Reg. 1696. in Philostrato exhibet: καὶ ἡ χ. ἣν φορεῖ, κἀκείνη παρὰ τ. Ἑ. τάχα: et ad marg. ταῦτα, pro τάχα. Mox habet φέρει. Et mihi φέρει displicet. Propono φαίνει. Frequens est permutatio verborum φαίνειν et φέρειν: vide notata ad Nicet. Eugen. I. 326. BO. Vide Toup. Em. t. I, p. 281. De hoc colore (*colore cangiante* aiunt Itali) Winckelm. *Gesch. der Kunst.* p. 393. BAST.

Pag. 54. Τρέπεται καὶ μετ.) Mercerus non statim apte; debuisset: » sed mutat ex uno flore in alterum trans» iens. » PAUW.

Pag. 54. Ἡβάσκων ἀ. πρ. ὑπήνην). Xenoph. VII. Cyr.

562. ἰδὼν καλὸν παῖδα ἡβάσκοντα ἄρτι. Mœris : Ἡβάσκειν, ἐπὶ τῶν παίδων ἀρχομένων ἡβᾷν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον· Ἀττικῶς. Eadem ratio est τοῦ γενειάσκειν ap. eumdem Xen. IV. Cyr. p. 309. et verborum lat. in *sco*. ABR. Ex Homero expressit Il. Ω. 348. Πρῶτον ὑπηνήτης, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη. Philostr. Ic. II. pag. 821. ἡβάσκει μὲν ὑπήνης πρόσω. WYTT. Cf. ad Phil. Her. p. 342.

Pag. 54. Εὐδαίμων ἡ τὸν ν. εὐτυχοῦσα—) Xenoph. V. Cyr. pag. 340. ἐμακάρισε τὴν μέλλουσαν αὐτῷ γυναῖκα ἔσεσθαι. Lucian. Ἑταιρ. 14. ult. ὦ μακαρία ἐκείνη ἥτις ἐραστήν σε, Δωρίων, ἕξει. ABR. In loco Luciani scrib. ὤ, pro ὦ. Conferam Epigr. Anth. Lat. III. 228. » Felix, si » qua tuum corrodit femina collum! Felix quæ labris » livida labra facit, Quæque puella tuo cum pectore pe- » ctora ponit Et linguam tenero lassat in ore suam! » Fuerat Ovidius modestior, ap. quem M. IV. 325. Salmacis ad Hermaphroditum : » Sed longe cunctis longeque po- » tentior illa, Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere » tædà. » Ballanchius in Antigona p. 15. » Mille fois heu- » reux celui qui pourra la saluer du nom de son épouse! » Cf. p 391. —De εὐτυχεῖν cum accusativo ad I. 19. BO.

Pag. 54. Εὐμενεστ. ὄμμ.) Alciphron. [I. 36.] : μακαρία φιλότης! τοῖς εὐμενεστέροις ὄμμασιν εἶδον ἐκείνην αἱ Χάριτες, οἷον ἐραστὴν ἔχει Μενεκλείδην. Infra Ep. 19. Μελισσάριον εὐμενέσιν ὀφθαλμοῖς εἶδεν ἡ Τύχη. MERC. Cf. Abresch. ad Epist. 19. Joannes monachus Hist. Barlaami in Cod. 903. pag. 10, 1. ὁ πλάσας τοίνυν ἡμᾶς καὶ

δημιουργήσας, φιλανθρώποις πάλιν ἰδὼν ὀφθαλμοῖς τῶν οἰκείων χειρῶν ἔργον. BO.

Pag. 54. Παντοδ. χρωμ.—ἠφίει) Editiones omnes ὑφίει, et sic puto legi in codice. BO. Leg. ἠφίει. Ep. 22. ὁ τὰς πολλὰ χρώματα ἀφιείς. Plato Ep. VII. p. 722 B. παντοδαπὰ χρώματα ἧκεν, οἷα ἂν θυμούμενος ἀφείη. Quanquam ap. Dion. Chrys. I. p. 17 A. itidem inveniam, χρώματα δὲ παντοδαπὰ ὑφίει: sed cui idem remedium adhibendum suspicor. ABR. Plato Lysid. p. 113 E. ὑπὸ τῆς ἡδονῆς παντοδαπὰ ἠφίει χρώματα. WYTT. Ἠφίει, ab ἀφίημι. REISK. Abreschii ἠφίει optimam esse restitutionem sentit Hemsterh. ad Thom. Mag. pag. 428: ubi formam ἠφίει pluribus illustrat. In loco Dionis Chrys. t. 1, p. 70. nunc legitur ἠφίει, quod habet et Veneta vetus. Morellianæ vitium est ὑφίει. Cf. supra p. 288. BO.

Pag. 54. Τὸ λεγόμ. δή τ.) De formulis quibus proverbiales locutiones indicantur, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, τὸ τοῦ λόγου, aliis, cf. ad Nicetam p. 150; ad Phil. Her. 344; Kuin. ad Demetrium, p. 4; Fisch. ad Platonis Apologiam 23. pag. 134; Wagner. ad hæc sui Alciphronis II. 3, 20. ἐδεξάμην ἀπὸ Πτολεμαίου—γράμματα, ἐν οἷς δεῖταί μου—ὑπισχνούμενος, τὸ δὴ λεγόμενον τοῦτο, τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ ἐμὲ καὶ Φιλήμονα: cod. Reg. 2832. καὶ ἐμὲ καὶ Φ. Lucianus Nigr. 31. καὶ, τοῦτο δὲ τὸ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ παρὰ θύραν εἰσβιαζόμενοι: lege τοῦτο δὴ cum cod. Reg. 3010. BO.

Pag. 54. Τῇ κεφ. ψαύειν τ. οὐρανοῦ) Proverbiale loquendi
nus quod de summa felicitate dici solet. Etc. LAMB.
id. Barth. ad Stat. Th. III. 155. et ad Claud. p. 341 a.
BR. Eunapius p. 50. Comm. ἡ δόξα τῶν ἄστρων ἔψαυε:
bi multis notavi p. 226, 577.; quibus adde Erasm. Ad. I.
. 100. IV. 3. 67; et Gierig. ad Ovid. M. 7. 61. Fontai-
ius in Kina II. » Je toucherai du front les bords du fir-
mament. » BO. Lucian. Alex. 35. τῶν ἐπουρανίων εἷς
αὶ αὐτὸς οἰόμενος εἶναι. Vide Interpret. Petron. c. 37.
BAST.

Pag. 54. αὐταὶ γὰρ — ἐπαινέσῃ) Achill. Tat. I. p. 35.
θέλει γὰρ ἑκάστη τῶν παρθένων εἶναι καλὴ, καὶ φιλουμένη
χαίρει, καὶ ἐπαινεῖ τῆς μαρτυρίας τὸν φιλοῦντα· κἂν μὴ
φιλήσῃ τις, οὔπω πεπίστευκεν εἶναι καλή. Apul. Flor. II.
p. 12; Plut. I. Conv. Quæst. 5. ABR.

Pag. 54. ὅταν ἐρασθ. θαυμ.) Ἀσύνδετον hic vix ac ne
vix placet. Scriptum suspicor ἢ ὅταν — Litera literam
absorpsit. PAUW. Pavo pessime. I, 26. τίς οὐ τεθαύμακε;
τίς ἰδὼν οὐκ ἐράσθη; BAST. Lege, ὅτου ἐρασθείη. WYTT.
Nihil mutandum videtur. Sæpe Noster scribit ἀσυνδέτως,
Cf. pp. 240, 251, 281. BO.

EPISTOLA XII.

Pag. 57. Προσκαλ.) Προκαλ. malit Reiskius, sed tueri
editam videntur verba Epistolæ, ἠχέτωσαν πρὸς κρίσιν.
ABR.

Pag. 57. Τίς ἄρα) E Merceri conjectura, pro ἆρα, ceperunt ἄρα Abr. et Polyz. Codex, ἆρα. Cf. p. 363. BO.

Pag. 57. Τῆς ἕω τὰ κάλλη) Sic Lucian. D. Mort. 18. 1. τὰ ἀρχαῖα κάλλη πάντα: nempe Tyro, Helena, Leda, etc. Liban. t. 3, p. 380. BAST. Lucianus D. D. 6. 3. ἰδόντες οὐράνια κάλλη. Tzetz. Chil. IV. 765. πoῦ κάλλη τὰ ἀρχαῖα; Propert. II. 21. 53. » Et quot Iona tulit vetus et quot » Achaïa *formas*, Et Thebæ et Priami diruta regna senis. » *Iona* correctio est Scaligeri, non bona, pro *Troja*, quod stare non potest ob tautologiam versus alterius. Gruterus proposuit » Et quot *Eos* retulit; » quod firmare poterat loco Aristæneteo. Propertius hic nondum sanus est. BO.

Pag. 57. Ἐρωτικοὶ φιλογύν.) Ἐρ. οἱ φιλ. aut pro οἱ inserendum καί. REISK. Frustra se torquet. Syntaxis hæc est: ἡκέτ. φιλογ. οἱ ἐρωτ. BO.

Pag. 57. Καλλικοίτης) Proprium nomen est, ut in inscribtione Epist. 18. MERC. Non paruerunt Mercero editores; et ipse quidem aliter vertit. Sed et Bastius sic scribendum monuit. BO.

Pag. 57. Λεγόντων) De hac imperativorum attica forma cf. not. ad Eunap. p. 254, 580; Fischeriana ad Weller.; Valcken. Schol. in N. F. t. 2, p. 391; Schweb. ad Onos. p. 51; Duker. ad Thuc. V. 79; etc. Qui, ad ista Inachii in Anecd. Gr. p. 522. λεγόντων οἱ πεπειραμένοι, proponebat correctionem λεγέτωσαν, Muratorius et ad Nostri locum offendisset. Vir fuit in multis egregius, sed festinantior et indiligentior. Obiter hunc Inachium, si pos-

m, emendem. Firmus catulam venaticam, nomine Henam, patriaque Laconicam, elegantissime laudaverat pistola. Respondit Inachius epistolam hanc laudatoriam sse ἐπαφρόδιτον, μεστὴν χαρίτων· τὸ γὰρ, ait, ἀπὸ μωνυμίας καὶ πατρίδος, καὶ περιμαχήτου γυναικὸς, εἰς ὥραν καὶ κάλλος βεβοημένης, συνθεῖναι ἔπαινον τῇ κονίποδι, ·ίς οὐκ ἂν ἀγασθείη τὸν τεχνησάμενον; in codice scriptum ονώπιδι sic immutavit Muratorius, κονίποδι intelligens le cane pedes cinericios habente. Pessime omnino. Si nomen canis ignoraremus, posset quis corrigere velle, ωνωπίδι: sed vocatur *Helena*, et in hoc nomine luserat Firmus, multa de Helena illa, causa belli teterrima, memorans ingeniose. Inachium opinor, his lusibus respondentem, hos continuasse lusus, et scripsisse κυνώπιδι: quod quidem epithetum sibi tribuit ipsa Helena apud Homerum Od. IV. 145. ὅτ' ἐμεῖο κυνώπιδος εἵνεκ' Ἀχαιοὶ ἤλθετ' ὑπὸ Τροίην, et aptissime ad catulam Helenam nunc transfertur. BO.

Pag. 57. Ὁ Μῶμος) Cf. p. 239.

Pag. 57. Παραδόξως τεθ.) Forte: Παράδοξον τεθ. vel ἀπορεῖ παραδόξως. Τεθ. BO.

Pag. 37. Μέχρι τοῦ ποδός) Aristid. t. 1, p. 439. ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας αὐτῷ διήκει τὸ κάλλος. Philo, pag. 470. 282 D. 179 A. 797 A. Vide Erasm. in Prov. *a capite usque ad calcem*; et interpretes Petronii c. 102. ABR.

Pag. 57. Φύσει) Potest φύσει vulgari significatione accipi, sed nec incommode, quæ ab illa fluxit, pro *valde*,

admodum. Etc. ABR. Vir doctus multa addit de hac sensu vocis φύσει, quem ipse nuper proposui in Plut. 118. apud Dobræum. Sed hic alienus esse videtur, præstatque vulgarior significatio. Cf. p. 229. BO.

Pag. 57. Εὔπλαστος) Εὐπερίγραφος Luciano ἐν τῷ περὶ τοῦ οἴκου [c. 7.] : λεπτὸς καὶ εὔρυθμος infra Epist. 27. MERC. Et 1. 16. εἶδον χεῖρας ἄκρας καὶ πόδας, τὰ λαμπρὰ τοῦ κάλλους γνωρίσματα. BO.

Pag. 57. Οἶδε) Multis illustravi hunc usum hujus verbi ad Nicet. Eugen. Cf. mox Ep. 14. init. et 17. ubi Abresch. et adde Hermann. ad Viger. p. 755. BO.

Pag. 57. Ἑταίρας — ἡ Πυθιὰς — ἁπλότητα) Sambuc., et Mercerianæ ἑτέρας — ἣ π. ἁπαλότητα. Cod. ἑτέρας — ἡ π. — ἁπαλότ. BO. Scribe ἑταίρας — ἡ Πυθ. — ἁπλότητα. Pythias nomen huic mulieri. In fine jurat Gratias Pythiadis. Mox etiam legendum ἑταίρα pro ἑτέρα: proclivi sæpe errore. MERC. Restitutiones ἑταίρας et ἑταίρα proposuit quoque Alberti Observ. pag. 452. P. Petitus Misc. Observ. III. 25. hunc locum adtulit recte scriptum, nec monuit. Berglerus quoque ad Alciph. 1. 38. dedit ἑταίρας — ἡ Π. — ἁπλότ. correcte. Merceri conjecturas Abresch. et Polyz. receperunt. De *proclivi errore* in ἑταίρα et ἑτέρα, vide notata ad Epim. Herod. pag. 57; Dorvillii Vann. p. 606 : et de proclivi quoque synchysi τῶν ἁπλότης, ἁπαλότης, ἁπλοῦς, ἁπαλὸς, Interpp. ad Greg. Cor. p. 653; Bernard. ad Nonn. t. 2, p. 225, 261. BO.

Pag. 57. Ἅπαντα τῆς τάξεως τούτου βελτίω βίου) Sambucus, Mercerianæ, Abresch., et Codex, ut videtur quidem, ἅπ. τ. τ. τοῦ βελτίω βίου. BO. Scribe: ἅπ. τῆς τάξ. βελτίω τοῦ βίου. MERC. Recte Mercerus. Τάξις est ordo justus ac bonus. Bergierus ad Alciphronem p. 178. [1. 38.] scribit: ἅπαντα τ. τάξ. τοῦ βελτίονος βίου: quod ego alteri non præferam. PAUW. Puto sic reformandum locum: ἃ πάντα τῆς παρατάξεως ποιεῖ βελτίω βίον, » quæ » omnia vitam efficiunt incomparabilem; » vel etiam, ἃ πάσης παρατάξεως ποιεῖ βελτίω βίον. REISK. Divisim scribi ἃ πάντα, vel in recepta lectione, facile patiar. Reliqua intacta omnino relinquenda putem. Βίου τάξις est conditio vitæ. Vult Noster omnia adesse Pythiadi βελτίω τῆς τοῦ βίου τάξεως. Omnis obscuritas orta ex articulo τοῦ non suo loco posito. Sed et dubito an παράταξις et παρατάξαι comparandi significatione sit usitatum. ABR. P. Petitus l. c. scripsit, non monito lectore, quod suaserat Mercerus, et vertit, » omnia habet meliora vitæ in- » stituto. » Polyzoïs edidit lectionem a Berglero propositam. Articuli trajectio hæc est pessima, τοῦ βελτίω βίου, pro β. τοῦ βίου, nec servanda. Ratio Merceri facillima est; facilior etiam mea mihi visa est, nempe τούτου βελ. βίου. Ostendi olim ad Phil. Her. p. 379. permutari τοῦ, τοῦτο, τούτου: cf. supra pag. 286. Ceterum Pauwius errare videtur, ἅπαντα τάξεως seorsim interpretans: jungenda puto τάξεως βίου. At considerandum etiam num ἅπαντα τῆς πράξεως posset junctim dici: permutatio τῶν τάξεως, πράξεως est facillima: cf. ad Procl. in Cratyl.

p. 104, 117. Sententia non dissimilis Chionis Epist. 1. Θράσων ἐμπορεύεται μὲν τὸν Πόντον· χρηστὸς δὲ μᾶλλον ἢ κατὰ τὴν ἐπιτήδευσιν εἶναί μοι δοκεῖ. BO.

Pag. 57. Ἤρηκε τῷ ἀκάκῳ) Achill. Tat. VIII. p. 529. ἐμὲ δ' οὖν ᾑρήκει πάντων μᾶλλον : sic leg. non ἠρήκει. Basil. Ep. 172. Ælian. V. H. I. 25. ABR. Parthen. c. 9. παρθένος—Διόγνητον εἷλε. BAST. Philostratus Epist. 23. πάντα με αἴρει τὰ σά : imo αἱρεῖ e vera correctione Wyttenb. ad Sel. pag. 575. Verba αἴρω et αἱρῶ facile variari perspicuum est. Lucianus Demon. I. λῃστὰς αἱρῶν : cod. Reg. 3010. αἴρων, quod non statim repudiaverim. Anonymus Poetaster in Notit. MSS. t. XI. part. II. p. 185. Ὄρνις μὲν αἴρω καὶ νεοσσῶν πᾶν γένος : ubi, collato Aristoph. Eq. 864, αἱρῶ proposui quidem, sed nunc dubito de lectione. Luc. de Domo 22. Περσεὺς τὸ κῆτος φονεύει καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ : cod. idem καθαίρει, male. Alibi permutari καθαίρειν et καθαιρεῖν disces ex Wyttenb. ad Jul. p. 8 A.; Buher. ad Cic. Tusc. II. 8. qui Musgravianam emendationem in Trach. 1018. occupavit. Ceterum ad Aristæneti sententiam facit Petronius c. 61. » Ego » non me-Hercules corporaliter aut propter res venerarias » curavi; sed magis quod bene *morata* fuit. » Addere poterit lector locorum similium peculiariter curiosus Voltarium in Nanina I. extr.; Benseradii versus non inficetos, » Ce ne sont point vos lys... » Etc. BO.

Pag. 57. Δῶρον δὲ ὅ τις δῷ ἐπαινεῖ) Ex oraculo vetere transiit in proverbium. Id est apud Strabonem lib. VI.

[p. 262.]—δῶρον δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαίνει. Et apud Graecos parœmiographos. MERC. Paulò aliter exstat hoc oraculum ap. Zenob. III. 42. Huic confine Platonis in Gorgia [p. 499 C.] : τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. Item illud Philemonis: Ἅπαν διδόμενον δῶρον, εἰ καὶ μικρὸν ᾖ, Μέγιστόν ἐστι μετ' εὐνοίας διδόμενον : quo respexit Cato Dist. I. 20. LAMB. Locus e Gorgia plenior erat citandus : ἀνάγκη μοι, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ : quibus in extremis bene Heindorfius proverbii colorem animadvertit. Cf. Schott. ad Zenob.; Erasm. Ad. IV. 1. 15. BO.

Pag. 57. ὥσπερ ἑταίρα) Cod. ἑτέρα, et sic Sambucus, et Mercerianæ. Cf. modo p. 400, et ad rem statim Ep. 14. et Dipsadis inhonestum apud Ovidium sermonem. BO.

Pag. 57. κολοιός) Gregorius [Naz. Epist. 46.] Eudoxio [Africano] : κολοιὸν δὲ ποτὶ κολοιὸν ἱζάνειν καὶ τῆς παροιμίας ἀκούεις. Et sane ita inter se amant, ut ad umbram ipsam suam, si se in aqua viderint, tanquam ad conjugam adsint. Jo. Tzetzes [Chil. IV. Hist. 119. 145.] : Οἱ κολοιοὶ φιλάλληλοι καὶ τῶν ψαρῶν τὸ γένος, Ὡς, εἴπερ χέεις ἔλαιον ἔν τινι λεκανίσκῳ, Πρὸς τὴν σκιὰν τὴν ἑαυτῶν τοὺς κολοιοὺς κρατήσης [forte κρατήσεις] Ναρκίσσους ἄλλους Λάκωνας ὄντας τῷ φιλοσκίῳ. Quod et notant parœmiæ græcæ. MERC. Zenobius 2. 47; Apostol. Cent. I. 54. LAMB. Vide Gregorium Cyprium. HUET. Proverbium habes apud Aristotel. Rhet. I. et Eth. IIX. notante Salmasio. SCHURTZ. Adde Schott. ad Zenob.; Schotti ducem,

Erasmum Ad. I. 2. 23. (unde patet vanum fuisse Billium, qui ad Gregorii loc. hoc proverbium ait ab Erasmo in Chiliadibus prætermissum fuisse); Wolf. ad Libanium Ep. 1186, not. 20; Plutarchi item Adagia 66. De κολοιῷ, non graculo, sed cornicula, cf. quæ monui ad Herodian. Epim. p. 70. Antipater Sidon. Λωΐτερος κύκνου μικρὸς θρόος ἠὲ κολοιῶν Κρωγμὸς ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις: quos versus certatim adtulerunt interpretes ad Lucretiana hæc IV. 182. » Parvus ut est cycni melior canor, ille » gruum quam Clamor in ætheriis dispersus nubibus au- » stri: » ubi malim distinguere *canor ille, gruum*; nempe *ille* cum emphasi, ut sæpe; atque forsan, *austris*, vel *austro*. BO.

Pag. 58. Τὰ τερπνὰ τῆς Ἀφρ.) Vid. Ramdohr. *Venus Urania*, t. 3, p. 366. BAST.

Pag. 58. Ἀντιλέγει —) Ovid. [Am. I. 5. 15.] » Quæ » cum ita pugnaret, tanquam quæ vincere nollet, Victa » est non ægre proditione sua. » Et passim Veteres. MERC. Lepidum est Martialis Epigr. IV. 38. » Galla, nega..... » Cf. loca similia e Klotzii Opuscul. Varii Argum. excerpta nuper in Classica Ephem. Valpyana t. 10. p. 314, 315. BO.

Pag. 58. Ἐρεθίσαι) Cod. et Sambuc. et Mercerianæ, αἱρεθεῖσα: quod forte sibi correxisse visus est Klotzius l. c. αἱρεθεῖσαι exhibens. Mercerus ingeniose conjecit et verissime ἐρεθίσαι, receptum ab Abreschio et Polyzoe. II. 13. ὅπως ἂν μείζονα τούτοις (τοῖς νέοις) ἐρεθίσω τὸν

πόθον. 1. 27. ὅπως ἂν πολλαχόθεν τὸ μειράκιον ἐρεθίσῃ: ubi not. BO.

Pag. 58. Τράχηλος α. ἀμβροσίας ὄδ.) Musæus, 133. Παρθενικῆς δ᾽ εὔοδμον εὔχροον αὐχένα κύσας. BO.

Pag. 58. Ἆσθμα) Glossa codicis: ἀναπνοή. BO.

Pag. 58. Ἢ δὲ μήλων — ἀπόζειν) Sambuc. et Merc., et reliquæ, ἢ δὲ μ. Nihil est e codice enotatum, unde putem non aliter ibi legi. BO. Dele τὸ ἢ δὲ, ortum ex repetitione, qualia multa errantur. MERC. Recte etiam scribas: ἢ μηλ. ἢ ῥόδων. PAUW. Recte Mercerus ἢ δὲ, ut male ortum ex ἡδύ, delet. Ad verbum fere hæc descripta esse ex Philostr. 1. Icon. 15, ibique Olearium inde Nostrum emendasse didici ex præst. Bernardo. En tibi verba: καὶ ὡς ἡδὺ τὸ ἆσθμα! εἰ δὲ μήλων ἢ βοτρύων ἀπόζει, φιλήσας ἐρεῖς. ABR. Villoisonio ad Long. p. 56. placet εἰ δέ. Wyttenb. incertus hæsisse videtur. Equidem, etsi εἰ δὲ ingeniose et forsan vere excogitatum esse opiner, attamen nihil censui esse corrigendum. Particula δὲ post ἢ ferme quid insolentis habere videtur; attamen apte potest opponi τῷ μὲν præcedenti. Potuit Philostrati verba mutuari et mutare. Margo libri Dorvilliani in Vanno p. 606. cum Pauwio consentit. BO.

Pag. 58. Τοῖς καλοῖς) Codex a secunda manu, τῆς καλῆς, quod Polyz. edidit, citra necessitatem quidem, sed non citra verisimilitudinem, eamque maximam. Nam Noster sic loquitur: 1. 1. τοὔνομα — τῆς καλῆς: 4. πειρασόμεθα

τῆς καλῆς: 7. πειρώμενος τῆς καλῆς: 4, et 15. ὦ καλή. 1. 27. II. 1. ἡ καλή. II. 1. θεωροῦσα τὸν καλόν. BO.

Pag. 58. Ἐπιθεὶς —) Achill. Tat. V. pag. 333. ἔκλαιεν ἐπιθεῖσά μου τοῖς στέρνοις τὴν κεφαλήν. ABR.

Pag. 58. Τὸ πήδημα) Idem dicunt πάλμα et παλμόν: unde et fortuitum sussultum παλμὸν dicunt, quem *salissationem* Latini, e quo ominata superstitio Veterum. Et vetita Christianis primis παρατήρησις παλμῶν. Rescribenda ea vox Glossis Philoxeni, in quibus, *Sagatio*, παλμός: male. Nam ad hanc *salissationem* respexit, non ad jactationem e sago. MERC.

Pag. 58. Οὐκοῦν) Sic scripsi pro οὐκ οὖν omnium editionum, et, ut puto, codicis. Locus est cum affirmatione intelligendus, quod non viderunt; nec ipse Bastius vidisse videtur, qui adscripsit οὔτε οὖν conferendum ex Ep. 27. extr. Negat Auctor, si doctis editoribus fides est, esse unicum ad voluptatem iter; imo affirmat esse unum. Mens est ea loci, esse unum iter veneriæ rei, per pulchras nempe feminas; per deformes enim nihil voluptatis percipitur; sicut alimentorum non cuncta nutriunt, sed illa tantum quæ sunt sana; cetera nauseam creant. Emendet, qui volet, Mercerianam versionem. BO.

Pag. 58. Ὡς ἔφη τις) Sambucus et Mercerianæ ἔφην. Mercerus conjecit ἔφη, receptum ab Abresch. et Polyz. In codice secunda manus τὸ ν punctis delevit; cf. p. 309. Nec mirum circa tam similia verba calami fieri lapsus. In

Luciano Dem. 40. pro ἔφη, Demonax nempe, cod. 3010. male ἔφην. Sic ἔφην et ἔφης variantur in Luc. D. Mar. IX. 1. Geminus in Indocto, ipso initio : Μαρσύαν δὲ εἴ τις ἤρετο τὸν αὐλητήν· Πότερα, ὦ φίλε Μαρσύα, ἄκρος φῂς εἶναι τὴν αὐλητικὴν ἐπιστήμην· ὁ δὲ, Καὶ πάνυ μὲν οὖν, ἔφην, ὦ ἄνθρωπε : omnino scrib. ἔφη. Obiter monebo ἔφη et εἶπε permutari, de quo jam notavi ad Eunap. Lucianus Demon. 20. καὶ μὴν, ἔφη, εἰ κατανοήσεις : cod. 3010. καὶ μὴν εἰ κατανοήσεις, εἶπε. Ibid. 15. pro vulgato ἔφη, in cod. est εἶπεν. Rursus 20. ἐκείνου δὲ φήσαντος, πολλοὺς ἐλευθέρους εἶναι, Ἀλλ' ἐκεῖνον νομίζω τὸν μήτε ἐλπίζοντά τι, μήτε δεδιότα : Cod. id. bene, Ἀλλ' ἐκεῖνον, εἶπεν, νομίζω. Atque ibid. 57. μὴ πρότερον, ἔφη, ταῦτα ψηφίσεσθε... ibi cod. male, puto, ἔφη, omittit, sed melius exhibet ψηφίσασθε. BO.

Pag. 58. Κἂν τ. ἐδέσμασιν) Editiones omnes κἄν : mutavi : nam est pro καὶ ἐν, non καὶ ἄν. BO.

Pag. 58. Τὸ μὲν — τὰ δέ) Scribe τὸ δέ. Quanquam revera syncerius adhuc legeretur τὰ μὲν, τὰ δὲ. PAUW. Tollius τὸ δέ. ABR. In codice a secunda manu, τὰ μέν. Polyz. scripsit τὰ μέν. Nihil mutare satius visum est. BO.

Pag. 58. Ἀνατρέπει) Pro ἀποτρέπει. Non placent qui rescribunt ἀνατρέφει. MERC. Vertendum est, *stomachum cient*, *evertunt*, *turbant* : ἀνατροπὴ, ipsa stomachi subversio, quando in vomitionem effunditur. Mercerus ineptit cum suo *avertunt prorsus*. PAUW. *Nauseam creant*. Sic στομάχου ἀνατροπὰς in Philone

Jud. pag. 722 F. Adde Foes. Œcon. Hipp. ABR. Clem. Alex. Pæd. II. 1. p. 163. ἀνατροπαὶ στομάχων. BAST.

Pag. 58. Ἡμέρα — λευκή) Albus dies, pro læto et felice. Hesych. Λευκὴ ἡμέρα, ἡ ἀγαθή. Albus dies eo sensu dicitur, quo Pythagoras aiebat quidquid esset colore candido ad boni naturam pertinere, at contra, quod atro mali. Seneca de Vita B. 25: » provisum est ne quis mihi *ater* » *dies* esset. » Etc. LAMB. Vide Erasm. Adag. I. 5. 54; Jun. Adag. III. 59; Schott. ad Suid. Cent. 9. 39; Blomf. Gloss. in Pers. 306; mea ad Eunap. p. 510; Murator. in Anecd. Gr. ad Firmi Ep. 12., p. 293. Idem ille Firmus Epist. 34. λευκὴν ἀτεχνῶς ἠγάγομεν ἡμέραν τῶν τῆς θεοσεβείας σου γραμμάτων ἐπιτυχόντες. Nicephorus Greg. XIV. 10, 6. ἐλευθέροις, εἰ βουλομένῳ γε εἴη Θεῷ, βλεφάροις λευκὰς τοὐντεῦθεν ἡμέρας ἐμὲ ξυνορᾷν: ibi nolui describere βλέπειν editum post ἐλευθέροις. BO.

Pag. 58. Τῶν ἐν φαρέτρᾳ) Φύλαρχος γάρ φησι τοὺς Σκύθας, μέλλοντας καθεύδειν, ἄγειν τὴν φαρέτραν· καὶ, εἰ μὲν ἀλύπως τύχοιεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην διάγοντες, καθιέναι εἰς τὴν φαρέτραν ψῆφον λευκὴν, εἰ δ' ὀχληρῶς, μέλαιναν; ἐπὶ τοίνυν τῶν ἀποθνησκόντων ἐκφέρειν τὰς φαρέτρας καὶ ἀριθμεῖν τὰς ψήφους· καὶ, εἰ εὑρεθείησαν πολλαὶ λευκαὶ, εὐδαιμονίζειν τὸν ἀπογενόμενον· ὅθεν καὶ ἡ παροιμία. MERC. Sumsit locum Phylarchi e Suida in Λευκὴ ἡμέρα. BO. Apostolius Cent. 13. 12. Etc. LAMB.

Pag. 58. Οὐχ ἧττον) Sambuc. ἧττον. Nihil e codice notatum est. Mercerus scripsit ἧττων. Abreschius et Polyz.

retinuerunt ἧτ7ον. Jungendum verba eo modo : οὐχ ἧτ7ον λευκῇ τῶν ἐν φαρ. λογιζομένων εἰς εὐτυχίαν. Nectebant οὐχ ἧτ7ον εἰς εὐτυχίαν : et inde impedimentum et emendatio. BO.

Pag. 58. Πέφυκεν ἀποδημία) Πολλοὶ ἀποδημίαις ἐσωφρονίσθησαν, ἔρωτας ἐκμανεῖς καὶ λελυτ7ηκότας θεραπευθέν7ες, ut loquitur Philo Jud. p. 707 B. ABR.

Pag. 58. Τοσοῦτον ἐρᾷ) Rectus erit senarius, si scribseris : Φίλος τοσοῦτον ὅσον ὁρᾷ τις ἐναντίον. Propertius [III, 20. 10.] : » Quantum oculis, animo tam procul ibit » amor. » Τηλοῦ φίλοι ναίοντες οὐκ εἰσὶν φίλοι. Pro ἐρᾷ legendum ὁρᾷ quis non videt? MERC. Sine dubio legendum ὁρᾷ. Senario non indigemus. PAUW. Burmannus ad Propert. veteris poetæ senarium hic agnoscit cum Mercero. Puto Aristænetum ipsum potuisse senarium frangere : cf. p. 233. Vir doctus in classica Valpyi Ephem. t. 9. pag. 599. legi vult, τόσσον τοι φίλος ὅσσον ἐρᾷ τις ἐναντίον : ut sit pars hexametri : cui bono? Repudiavi et conjecturalem lectionem ὁρᾷ ab Abreschio et Polyzoë receptam. Codex, ἐρᾷ, optimo sensu. Ceterum non nescius sum quam sæpe permutatio obtinuerit τῶν ἐρᾷν et ὁρᾷν, ipseque monui jam ad Nicetam p. 83. BO. Adagium Τηλοῦ — Athenæus V. [c. 3.] vocat τῶν παροιμιῶν μισανθρωποτάτην. Vult nempe illud τόπῳ τὴν φιλίαν καὶ οὐ τρόπῳ κρίνεσθαι. LAMB.

Pag. 58. Οὐδὲ ἀποδημῶν ἀπεστάτουν) Aristæneto consentit Plutarch. Amat. p. 759 A. ABR.

Pag. 58. Ἐπανῆλθον) Sic Sambuc., et codex, puto. Mercerus lapsu, ut videtur, calami edidit ἐπανῆκον, et hunc indiligenter secutus est Pauwius. De hac mala mutatione monuit Dorvill. ad Charit. p. 221. BO. Vereor ne error insederit, atque Auctor reliquerit, οὐδὲ νῦν ἧττον ἐπανελθὼν ἐρῶ, ut mutuo se respiciant, οὐδὲ ἀποδημῶν et οὐδὲ ἐπανελθὼν, sicuti ἀπεστάτουν et νῦν ἐρῶ. ABR.

Pag. 58. Μᾶλλον, διαλιπὼν) Verba non satis apte cohærent. Legendum suspicor, μᾶλλον δὲ διαλ. Ita loqui amant Græci. PAUW. Notat Dorvill. in Vanno p. 606. virum doct. hic quoque hæsisse. Potest ordo sic constitui: διαλιπὼν, ᾐσθόμην τοῦ πόθου μᾶλλον καὶ μειζόνως: vel, quod esse videtur melius: μᾶλλον (*imo*, *potius*), διαλιπὼν, ᾐσθόμην καὶ μειζόνως (*magis etiam*) τοῦ πόθου. Post μᾶλλον mihi δὲ placeret quidem, et hac formula ap. omnes obvia utitur quoque Noster I. 21; II. 14: atque conjunctio potuit a sequente δια absorberi. Nulla tamen erat satis idonea mutandi causa; et erit sententia ἀσύνδετος, ut pluries apud Nostrum. — Sambucus ἡσθόμην. Correxerat Mercerus; et cod. recte ᾐσθόμην. BO.

Pag. 58. Καθομηρίζων) Cf. p. 270.

Pag. 58. Ἀσπάσιον —) Glossa codicis: ἡδέως, περιχαρῶς. BO. Homeri est Od. Ψ [296.]. Et legendum hic ἵκοντο ut in Homero. MERC. Apud Homerum plerique libri ἀσπάσιοι, quod non deterius. PAUW. Salmasius advertit nec ἀσπάσιον legi in editionibus [Homeri], sed

lectius ἀσπάσιοι. Latinam etiam versionem sic reformat : « Antiqui optatas leges repetisse cubilis. » SCHURTZ. Vir doct. in Vanno p. 606. prætulit ἀσπάσιοι. Non necesse fuit omnino scribere ἔχοντο, ob ἡμᾶς præcedens, quod putabant : nam ἡμᾶς potest intelligi de uno Evhemero. Fateor tamen melius ἔχοντο videri. Atque Homerico versu sic utitur Charit. VIII. 2. extr. et habet ἀσπασίως, unde firmatur ἀσπάσιον : sed et λέκτρου quod erat mutandum. Poetam respiciebat Sabinus I. 12. « Heu! precor ut pro- » peret ille venire dies, *Antiqui* renovet qui lætus *fœdera* » *lecti !* » BO.

EPISTOLA XIII.

Pag. 61. Χρησάμ. καὶ μεθ.) In codice junguntur χρησάμενος καὶ μεθ., πεῖθει. Sed verba, εἶπεν εὐμεθόδως, sub finem epistolæ, editorum interpunctionem tuentur. BO.

Pag. 61. Ἀκεστοδώρῳ) Ἀκεσιοδώρῳ emendat Reisk. At Cereris tamen epitheta sunt Ἀνησιδώρα et Ὀνησιδώρα, in quibus eadem componendi ratione ο μικρὸν prætermittitur. ABR. Notes nomina ad rem narratam adcommodata, unum a bono eventu, alterum a curatione. BO.

Pag. 61. Καὶ τέχναι — τύχης) Vide quæ hanc in rem congessit Jun. de Pict. II. c. 14. et Catal. Pict. p. 20. sqq. Hippocrates de Locis in Hom. pag. 423. negat fortunæ ullam esse potentiam circa ea de quibus agit ibi. Plut.

Mor. p. 99 C. *αἱ μὲν τέχναι τῆς τύχης οὐ δέονται πρὸς τὸ οἰκεῖον τέλος*. ABR. Scribserat olim Agatho [Aristot. Mor. VI. c. 4.]: Τέχνη τύχην ἔστερξε καὶ τύχη τέχνη. Sed juvat, quoniam de fortuna et arte sermo incidit, illustrare Sallustii locum e priori Epist. ad C. Cæs. de Rep. Ordin. libello sane aureo: » Populus Romanus » inquit » antea obtinebat regna atque imperia fortunam dono » dare, etc. » Quem locum nunquam bene interpunctum vidi, neque inveni qui intelligeret. At dispungas uti feci, clara et recta sententia: credebant antea mortales fortunam esse, quæ regna, honores, opes largiretur; et credebant duabus de caussis: prima, quod indignus quisque dives, honoratus, potens; altera, quod vix quisquam perpetuo iis bonis frui visus; sed postea contra esse didicere; fortunam sibi quemque suam fingere. Postquam hæc scribsi, prodiit doctissimi ac diligentissimi *Ciacconii* Sallustius, e quo disces hoc amplius, legendum e libris, » Pro vero antea obtinebat regna atque imperia fortunam » dono dare. » Nam quæ ille et Latinius mutant, *non* sequor. MERC.

Pag. 61. Συνεργ. τοῦ Θείου) Συνεργούσης τῆς Θεοῦ. REISK. Non permutem cum recepta lectione. Ad *rem* facit locus Charit. II. p. 46. ἡ δὲ τύχη ἐφώτισε τὴν ἀλήθειαν, ἧς χωρὶς ἔργον οὐδὲν τέλειον. ABR. Locutionem illustravit Palairet. in Nova Bibl. Brem. IV., 452. ad D. Marc. 16, 20. Apollodorus Bibl. I. 5. Πλούτων δὲ, Περσεφόνης ἐρασθεὶς, Διὸς συνεργοῦντος, ἥρπασεν αὐτήν. BO.

Pag. 61. Μακρόν γε τὸ προοίμ.) Plato IV. Πολιτ.

καιρὸν τὸ προοίμιον τῷ ἐπιθυμοῦντι ἀκοῦσαι. MERC.

Pag. 61. Χαρικλῆς) Nomina mutat pro arbitrio. Nam idem olim de Antiocho et Seleuco scribtum : Appianus Syriaca [c. 59.]; Plut. Demetrio [c. 38.]; Val. Maximus [v. c. 7. Ext. 1.]. Vide et Galeni librum Περὶ τοῦ προγινώσκειν qui habet multa illustrando Nostro. MERC. Narrant hanc historiam, præter auctores citatos ap. Mercer., Lucianus de Dea Syr. c. 17. sq. et Julianus Misop. p. 347. ABR. Adde Tzetz. Chil. VII. 173; Suidam in Σέλευκος et in Ἐρασίστρατος; Soranum Vit. Hippocr. § 2. ubi Foes.; Leopard. Em. II. c. 1; Burdelot. ad Luc. Icarom. 15. In vita Avicennæ similis narratur historiola. BO.

Pag. 61. Παλλακίδος—πόθῳ) Editiones ante Abresch. et Polyz. ποθῶν; et sic codex. BO. Ποθῶν cum casu patrio non placet. Legendum πόθῳ κλιν. vel παλλακίδα τ. τ. ποθῶν κλιν. PAUW. Abreschius recepit πόθῳ, et probasse videtur Bastius, qui adscripsit verba, τῷ πόθῳ κλινήρης, quibus mox Noster utetur. Quam sæpe ν et ἰῶτα adscriptum permutentur sæpe alibi monui. BO.

Pag. 61. Ταῖς ἀληθείαις) Iterum I. 24. προσχήματι μὲν συμβουλῆς, σὲ δὲ ταῖς ἀληθείαις ζηλοτυπῶν. Charit. III. 7. τῷ μὲν δοκεῖν — ταῖς ἀληθείαις : ubi Dorvill. pag. 397. coll. Phalaride Ep. 72 : ubi Lennep. Scholiastes Apoll. Rh. I. 482. 1165; II. 964 : ubi Parisin. codex male, τῇ ἀληθείᾳ. Lucianus, t. 3, p. 199. [Catapl. 19 : ubi Reitz.] καλῶς ἔχει σοι τὰς ἀληθείας ἐντεῦθεν εἰπεῖν. Lexicon S. Germ. Rhetor. [Anecdot. Bekk. p. 376, 4.] : Ἀληθῆ καὶ

dixit quod debuit. PAUW. Quod Nostro μετάρσιον τὸν νοῦν ἄγειν, id Heliodoro x. p. 507. τὸν νοῦν ἀναπέμπειν: Æn. Gazæo Theophr. p. 47. μετεωρίσαι τὸν νοῦν πρὸς τό. Τῇ τέχνῃ tertius est casus, non sextus, idemque plane ceu dedisset, μετάρσιον ἄγων πρὸς τὴν τέχνην, sive εἰς τὴν τέχνην. Sic æquipollent ἔρχεσθαί τινι et ἔρχεσθαι. ἐς ac πρός τι. Quod nec Latini imitari neglexerunt: Virgil. Ecl. II. 30; Horat. I. Od. 34. 17. ABR. Puto τῇ τέχνῃ vertisse Pauwium recte, *arte*, et rationes Abreschii esse subtiliores. In reliquis etiam Mercero præstat Pauwii versio. BO.

Pag. 62. Ἀῤῥώστημα κατενόει) Legendus Heliodorus lib. IV. [c. 7.] qui multa prorsus his similia, ubi Chariclea amore ægra; et Apul. Miles. x. [p. 210.] ubi noverca » languore simulato vulnus animi mentitur in corporis » valetudine; » et Galenus dicto libro. MERC.

Pag. 62. Παριούσης διὰ μειρ.) Dura locutio. Similiter habemus mox, διὰ τοῦ κάμνοντος παριέναι: et Epist. 27. νέου τινὸς διὰ γυναικὸς παριόντος: et Epist. 6. lib. II. δι' ἐμοῦ τε παριών. Ita, nisi fallor, vulgus. Notissimum illud Homericum, ἡ δὲ δι' αὐτῶν ἐρχομένη, aliud est et duritiem habet nullam. PAUW. Διὰ vicem obit τῆς παρά. ABR. Palairet. Observ. p. 510. vult παριέναι intelligi sensu *veniendi* et διὰ esse *ad*: » quum amata forte veniret » ad adolescentem: » pessime omnino. Ceterum nugatur Pauwius. Cf. Abresch. Adnot. ad N. T. p. 554. BO.

Pag. 62. Ἀθρόον ὁ σφ. ἄτακτον ἥλλατο) Nonne ingratum

hoc, et legendum potius? ἄτακτός. PAUW. Inserta conjunctiva legit Bernard. ad Anon. Introd. Anat. p. 21. καὶ ἄτακτον ἥλατο. Ἀθρόον ἄτακτον, » subito inconditum: » nomen pro adverbio ἀθρόως. Alioqui inserta conjunctiva legas ἀθρόον θ' ὁ σφ., vel ἀθρ. ὁ σφ. καὶ ἄτ. Tamen citra conjunctivam Thucydid. II. 31. μέγιστον δὴ τοῦτο (στρατόπεδον) ἀθρόον Ἀθηναίων ἐγένετο. Nihil in his requirendum. Etc. ABR. Conjunctiva nihil opus est. Ἀθρόον est *confestim, subito*, ut ἀθρόως I. 19; II. 28. Agathias IV. p. 87. τοὺς πρέσβεις ἀθρόον ἀπέκτειναν. Sozom. VI. c. 29. ἀθρόον εἰς ἀρετὴν φιλοσοφίας ἐπέδωκεν. BAST. Abreschius edidit ἥλατο et sic Polyzoïs. Servavi veterem lectionem ἥλλατο, quam codex exhibet, quæque cum sequentibus, ἐδόκει, διέκειτο, quadrat. BO.

Pag. 62. Ἄτακτον) Plut. in Demetr. [c. 38.] ἀταξία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς. Val. Maxim. [V. 7.]: » brachium » adolescentis dissimulanter apprehendendo, *modo vegetiore*, modo *languidiore pulsu venarum* comperit cujus » morbi æger esset. » Ἄτακτος σφυγμὸς, juxta Galenum in Def. Med., qui quibusdam ictibus modo crebrior, modo rarior est. Sic contra ap. Pers. Sat. 3. dicuntur » compo» sitæ venæ » αἱ κατὰ φύσιν ἔχουσαι. LAMB.

Pag. 62. Οὐχ εἷλεν) Οὐκ εἶχεν. REISK. Sic quoque Dorvill. ad Charit. p. 214 [=p. 330.]. Addit εἷλε posse servari, quod et ipse tenendum omnino contenderim. Idem nempe mihi εἷλε, quod continuo εἶχε λαβὼν, i. e. ἔλαβε, *percepit*. Utriusque verbi usum doceo in Anim. ad Thucyd. Ut εἷλεν et εἶχε λαβὼν, sic junguntur αἱρεῖν καὶ

λαμβάνειν cum alibi, tum in Ælian. de An. I. 34. ABR. Samb. et cod. οὐκ εἶλεν: quod scripturæ vitium conjecturæ οὐκ εἶχεν probabilitatis quid conciliare videtur, malæ alioqui. BO.

Pag. 62. Τῆς προνοίας) Prænotionis, divinationis, προγνώσεως: vide Galenum, cujus libro index ab ea caussa. Sed certe Noster pro eodem ponit τύχην, τὸ θεῖον, πρόνοιαν, pro omni caussa latente et incerta. At hæc quam diversa philosophis, ut ea præcipua differentia fuerit inter Epicurum, qui omnia τῇ τύχῃ, et Zenonem, qui omnia adsignabat τῇ προνοίᾳ. Itaque Hierocles stoïcus, ap. Gellium IX. 5, referente adversus Epicurum Tauro philosopho: ἡδονῆς τέλος, πόρνης δόγμα· οὐκ ἔστιν πρόνοια οὐδὲν, πόρνης δόγμα: nam ita est legendum. Duo statuunt Epicurei valde contraria Stoïcis; non esse providentiam, et voluptatem finem bonorum: contra Stoïci, virtutem finem, et Providentia regi mundum. Utrumque Epicureorum exsecratur Hierocles vir sanctus et gravis, et lupanaris statuit potius esse quam scholæ. Etc. MERC. Πρόνοια idem quod πρόγνωσις, ut in Thucyd. II. 62. ult. Ξύνεσιν et πρόνοιαν jungit Aristid. t. 3, p. 323. Ἐπίνοιαν medici in hac historia laudat Lucian. de D. Syr. 17. ABR.

Pag. 62. Τῆς ἐπισκέψεως) Quum ἐπισκέψασθαι verbum sit in sensu *ægrotos visendi* non rarum, putem et sic capi debere τῆς ἐπισκέψεως: » primusque ille fuit ipsi ægrum » invisendi modus; *ainsi se passa la première visite.* » Isocrates Ægin. 13. 15. exempla dabit verbi sic positi.

Demosth. in Conon. t. 5, p. 60. λέγε τὴν τοῦ ἰατροῦ μαρτυρίαν καὶ τῶν ἐπισκοπουμένων. Polyænus IV. 2, 11. ex emendatione Toupii: Φίλιππος, ἀφικόμενος εἰς Λάρισσαν, ἵνα τὰς τῶν Ἀλευαδῶν συνοικίας καθέλῃ, νοσεῖν ὑπεκρίνατο, ὅπως εἰσιόντας αὐτοὺς ὡς ἐπισκεψομένους συλλάβοι. Hierocl. Fac. 4. σχολαστικὸς νοσοῦντα ἐπισκεπτόμενος. Euthymii Biographus in Monum. Cotel. t. 2, pag. 227 A. δοὺς ἑαυτὸν ἐκεῖνος εἰς ἐπίσκεψιν τῶν οὕτω πονήρως ἐχόντων καὶ ἰατρὸς ἐμμελέστατος αὐτοῖς καταστάς. In fabula Æsopica de Leone ægrotante (Cf. Schol. Platon. pag. 78.) ἐπίσκεψις hac de re usurpatur. Adde Albert. Observ. t. 1, p. 117. ad Matthæi illa: ἠσθένησα καὶ ἐπεσκέψασθέ με. BO.

Pag. 62. Αὖθίς τε) Samb., Mercerianæ, et cod. αὖθις τε. Mercerus proponit αὖθις δέ. BO.

Pag. 62. Διὰ τοῦ κάμν.) Ἰδίᾳ διὰ τ. κ. REISK.

Pag. 62. Καὶ μὴ χύδην) Conjunctiva καὶ valet καὶ ταῦτα, *idque*, uti mox, καὶ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς. Supra Ep. 4. καὶ διὰ μέσου τοῦ ἄστεος. II. Ep. 3. κόρην καὶ λίαν ἀκμάζουσαν. Et sic frequenter alii, uti Latinis *et*. Etc. ABR. Vide Schæferum ad Long. p. 351. BAST.

Pag. 62. Μὴ χύδην — ἀλλήλων) Totidem verbis Ep. 3. p. 17. ABR.

Pag. 62. Ἁρμονικῶς) Omnino legendum ἁρμοχῶς sive ἡρμοχῶς, » aptata digitis arteria: » quod ante dixit, τοὺς δακτύλους τῷ σφυγμῷ προσαρμόζων. MERC. Cave mutes.

lectionem sanam. Etc. PAUW. Nostri in describendo prolixitatem verbis asperis tangit Corayus ad Heliod. p. 144. BO.

Pag. 62. Ἀκριβῆ γνώμ. τῶν Ἀσκληπ.) Ennodius I. Ep. 12 : » peritorum mos est medicorum, in venis deprehen» dere vires corporum et de successu hominis digitos in» terrogare : » forte *vices*. BO.

Pag. 62. Διαθέσεων) Cf. not. ad Cratet. Ep. in Notit. MSS. t. XI. BO.

Pag. 62. Πρὸς μὲν τὰς ἄλλας—τῆς δὲ παλλακῆς) Utraque auctorum pagina hunc usum exhibet vocis ἄλλος, qua ἄλλος ponitur ante rem ipsam a qua discernitur : cf. Taylor. ad Fragm. III. Lysiæ pag. 6. Herodot. I. 1. τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι καὶ δὴ ἐς Ἄργος—γυναῖκας ἄλλας τε πολλὰς καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλέως θυγατέρα. Atque ubi non? Parthen. c. 1. ἁρπασθείσης Ἰοῦς — ὁ πατὴρ αὐτῆς Ἴναχος μαστῆράς τε καὶ ἐρευνητὰς ἄλλους καθῆκεν, ἐν δὲ αὐτοῖς Λύρκον. Vir doct. ad Luc. Asin. p. 234. pro ἄλλους legere nos jubet πολλούς : sed me non statim parentem habebit. Ibidem in Plutarchi Graccho (voluit, puto, scribere, Cleomene, c. 39.) reponi jubet quoque πολλῶν pro ἄλλων, quam mutationem jam in textum Corayus intulerat : sed nihil ibi mutandum : ἄλλων καθαρμῶν opponitur cerimoniis ab Alexandrinis peractis. Similes emendationes ibidem ab illo propositas nunc non perpendam; nam auctores ita laudat, ut nimius sit quærendorum labor. In Iphigenia Taurica 57. sic ἄλλα ponitur,

versibus multum sollicitatis, hoc modo legendis: Ναιοῖσι δ' ἐν τοῖσδ' ἱερείαν τίθησί με, ὅθεν νόμοισι τοῖσίδ' ἥδεται Θεὰ Ἄρτεμις ἑορτῆς, τοὔνομ' ἧς καλὸν μόνον. Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, τὴν Θεὸν φοβουμένη· Θύω γὰρ — Narrat se sacrificare, Θύω γὰρ, et alia omittit; atque τὰ ἄλλα excipit πρότερον ὕστερον. Elmsleyi est τοῖσίδ' pro τοῖσιν. Revocavi ἱερείαν codicis Paris. 2887. Scio in Eurip. Or. 255. eadem sede ἱέρειαι mutatum esse in ἱέριαι, et de hac scriptura monuisse scholiastem; sed potest diphthongus in illa positione corripi, ni fallor: cf. Barnes. et exempla a Gaisfordio collecta ad Hephæst. p. 216. BO.

Pag. 62. Τὸν σφυγμόν) Pauw. omisit τόν. BO.

Pag. 62. Σοφὸς — ἰατρός) *Peritus*. Res nota: vide Albert. Obs. pag. 339. qui hoc ipso loco utitur; Jacobs. Anal. ad Anacr. Ep. 61. Ars permira qua taurus æneus a Perilao fabrefactus erat, Luciano in Phal. I. 11. σοφία ἐν ταύρῳ dicitur. BO.

Pag. 62. Τὸ τρίτον τῷ Σωτῆρι) Quia bis jam venerat, tertiam visitationem reservavit saluti dandæ. Est autem παροιμιώδης λόγος, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, a more solenni libandi tertii poculi Jovi Servatori. Pindarus Isthmiis; Plato in Charmide et III. Νόμων; Æschylus; Sophocles; Proclus. MERC. Proverbium quod usurpari potest cum summa manus cuipiam rei imponitur. Originem habes ap. Schol. Pind. I. VI. [10.] coll. Diod. Sic. III. 2. Plura ap. Erasm. [Adag. II. 8. 1.] et Cæl. Rhodig. 15. 6. LAMB. Proverbium habet et Plato, notante Salmasio, Polit. IX.

736. qui, τὸ δὲ τρίτον, inquit, Ὀλυμπικῶς τῷ Σωτῆρί τε καὶ Ὀλυμπίῳ Διΐ. Adde Epist. 7. [p. 340 A.] SCHURTZ. Τὸ τρίτον ἐπανιέναι τῷ πατέρι φάσκων. REISK. Absurde omnino Reiskius. De proverbio adde Fisch. ad Phileb. § 42; in primis Heindorf. ad Charmid. § 52, cum Scholiis hic et illic p. 43. 92. R., ubi inter alias nugas hæc leguntur: τὰς τρίτας σπονδὰς καὶ τὸν τρίτον κρατῆρα ἐκίρνων τῷ Διΐ τῷ Σωτῆρι· τέλειος γὰρ ὁ τρίτος ἀριθμὸς, ἐπειδὴ καὶ ἀρχὴν καὶ μέσην καὶ τέλος ἔχει· ὁ πρῶτος οὗτος ἀριθμῶν ἀρτιοπέριττος. Cod. Reg. 3017: καὶ πρῶτος οὗτος τῶν ἀρ. Adde Chardonem Rochett. Miscell. t. 2, p. 432, 443. Eumathius de Hysm. IV. pag. 101. θύσοντες τῷ πατρὶ Διΐ: cod. 2897. σρὶ, quod compendium esse puto nominis σωτῆρι. BO.

Pag. 62. Προφασισάμενος) Sambuc., Mercerianæ et Codex, προφασιασάμενος. Abreschius edidit προφασισάμενος, et sic Polyzoïs; quos sequor. Noster I. 18 f. προφασίζῃ. II. 3. προφασίζεται. 4. προφασισαμένου. 5 f. προφασισαμένη. Nihil esse potest dubitationis. BO.

Pag. 62. Κατασκ. φαρμάκων δεῖσθαι) Nam olim medici medicamenta plerumque ipsi præparabant. BO.

Pag. 65. Τέως) Distinxi post τέως, i. e. πρὸς τὸ παρόν. ABR.

Pag. 65. Ὑστεραίᾳ) Correxit Mercer. Prius ὑπεραίᾳ. ABR. Cod. ὑστεραίᾳ. BO.

Pag. 65. Τὸν νοσοῦντα) Quem modo τὸν κάμνοντα dixit,

absque discrimine, et sic passim utuntur omnes τῷ χάμνων. Fuit tamen differentiæ aliquid, notante Bernard. ad Nonn. t. 1, p. 139. ex hoc Jo. Chrysost. loco : καθάπερ τις ἄριστος ἰατρὸς, τοὺς νοσοῦντας ἀφεὶς, ἦλθε πρὸς ἡμᾶς τοὺς χάμνοντας, τοὺς οὐδὲν ὄντας. Sed Patrem ipsum velim inspicere, quod nunc non licet. BO.

Pag. 65. Ἐπηγγελμένον) Lectio Merceri a reliquis recepta. Samb. et cod. ἠπηγγ. Non puto, repugnante usu, duplici in hoc verbo augmento usum Aristænetum fuisse. II. 18. ἐπηγγείλατο. BO.

Pag. 65. Σωτῆρα) Ita solent ægroti medicos. Lucianus ἐν Ὠκύποδι [78.] : Ὁρᾷς με, σωτὴρ καὶ πάλιν σωτήριχε. Item [99.] : Σῶτερ, τί ποιεῖς; μὴ τύχοις σωτηρίας. Et in Aristidis ἱεροῖς λόγοις sæpe. Heliodorus : πρός σε δ' ἐγὼ δρομαῖος τὸν ἐμὸν καὶ σωτῆρα καὶ θεόν. MERC. Basilius Homil. *Deum non esse causam mali*, p. 162 : σὺ δὲ τῷ ἰατρῷ μὲν οὐδὲν ἐγκαλεῖς τὰ μὲν τέμνοντι, τὰ δὲ καίοντι, — ἀλλὰ — σωτῆρα προσαγορεύεις. Cf. Bompart. ad Hippocr. Epist. 8. p. 38. BO.

Pag. 65. Ἀπέγνω τὴν θεραπείαν) Samb. et Mercerianæ θεοπρέπειαν, ac sic codex, qui et a secunda manu exhibet θεοπρόπειαν. Abresch. recepit θεραπείαν a Mercero propositum, et ita Polyzoïs, egoque ita : nihil enim melius succurrit. BO. Sine dubio scribendum θεραπ. » curationem abnuebat et recusabat. » Interpres non bene. PAUW. In codice glossa adest difficilis enucleatu. BAST. Ut Latinis *desperare* : vid. Quintil. Decl. 8. 11. Sed et *renuntiare* ibid. c. 9. ABR.

Pag. 65. Ἤγαν. σφοδρ. κεκραγώς) Immanis clamor inter signa irarum Plutarcho ap. Gell. I. 26. LAMB.

Pag. 65. Στήθη φιλῶν — γονάτων ἀπτόμ.) Seneca de Brev. 8. » ægros vide — *medicorum genua tangentes.* » ABR. Lucianus Nigr. 21. in divites invehitur arrogantes, qui clientibus τὸ στῆθος ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν præbebant : ubi vide notas. Eunapius p. 84. τὰ στέρνα τοῦ σοφιστοῦ περιλιχμησάμενοι : ubi notavi pag. 371. Pectus, puto, deosculabantur, quod quibusdam mentis sedem esse visum fuerat. Apud Petronium c. 91. Encolpius Gitonis pectus exosculatur *sapientiæ plenum.* Testis est Horatius I. Ep. 4. 6. » Non tu corpus eras *sine pectore*; » Albinovanus qui fertur I. 262. » Pectoraque ingenii magna ca- » paxque domus; » Nemesianus I. 51. » plenum tibi » ponderis æqui Pectus erat; » Lucretius III. » Quod nos » animum mentemque vocamus Idque situm media re- » gione in pectoris hæret; » Æschylus Choeph. 744. ἐμὴν Ἤλγυνεν ἐν στέρνοις φρένα. Etymol. M. in Στεῦται· ἐκεῖ (ἐν τοῖς στήθεσι) τὸ λογιστικὸν καθ' Ὅμηρον. Vide *Massieu* in Memor. Acad. Inscript. t. 6, pag. 298. De genuum exosculatione multi sunt Barthius ad Claud. Rapt. I. 50; Junius Anim. II. c. 11; Elmenhorst. ad Apul. M. IX. p. 284 = 670; Westerh. ad Terent. Hec. III. 3. 18 : cf. not. ad Eunap. p. 249. Rem ipsam oculis cernesis in anaglypho, in quo Ulyssem Circe, ut est in Odyssea 10. 521. λάζε γούνων, quodque dissertatione illustravit Ridolf. Venutius an. 1758. Loci memini similis in Iphigenia

Taurica 1068, quem tentavere critici. Iphigenia Choricas mulieres sic alloquitur : ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς, Σὲ, καὶ σ' ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρηΐδος, γονάτων τε. Si quid mutandum, recipienda erit codicis 2887 lectio : ἀλλὰ πρὸς σῆς δεξιᾶς Σὲ : etsi solennis sit illa verborum perturbatio, πρὸς σὲ δεξιᾶς, πρὸς σὲ πατρὸς, πρὸς σὲ γονάτων. Notabo obiter verba paulo inferiora Σὸν ἔργον ἤδη καὶ σόν, non jam ad Chori mulieres pertinere, quod putavit Barnesius, sed sic esse intelligenda : σὸν ἔργον ἤδη, Ὀρέστα, καὶ σὸν, Πυλάδη. Brumæus, pessimus plerumque interpres, hic verum vidit. BO.

Pag. 65. Τότε δῆθεν) Quid δῆθεν hic? Scribe τ. δή, *tunc igitur*. Legi etiam posset τότε δῆτα. Sed id minus frequens ea notione. PAUW. Quum omnia ficte agat medicus, ei rei indicandæ inservit δὴ, δῆθεν, ut apud alios auctores quosvis : ut Latin. *videlicet, quasi, veluti*. Sæpe interpretes nullam omnino harum vocularum habuerunt rationem, quum tamen sententiæ in eis cardo vertitur, ut hoc ipso in loco, et II. 18. extr. At infra Ep. 22. non neglexit Mercerus, δεδακρυμένη δῆθεν, bene vertens, *fingens lacrymas*. ABR. De δῆθεν cum ironia et simulatione vide Villois. Diatr. p. 59. BO.

Pag. 65. Πρὸς ἀνάγκης) Cf. supra p. 254.

Pag. 65. Ἐκτόπως ἐρᾷ) Sic I. 22. Ἔκτοπον ἔρωτα dixit Lucian. 15. ἑταιρ. et Philo pag. 709 D. ABR. in Lect. ad II. 15. p. 261.—Liban. t. 4, p. 433. ἀτόπως ἐρῶν : cod. Paris. 3017. ἐκτόπως. Arist. Eccl. 956. ἄτοπος

πόθος. Ἐκτόπως *supra modum* : Luc. Cont. II. BAST.

Pag. 65. Τήκεται) Supra pag. 369. ἐκτακεὶς τὰ μέλη. Verbum τήκω, τήκεσθαι illustrat Dorv. ad Char. p. 320. Ibi locum Aristarchi post Valckenarium ad Ammonii calcem p. 245. adfert, docentis dediscenda, nempe τὰ ἐρωτικὰ καὶ ἐν ἱμάντι (Il. ξ. 216.) κατεστίχθαι, ὅτι ἄχρι τοῦ δέρματος διϊκνεῖται τὰ ἐρωτικὰ πάθη, τήκοντα τοὺς ἐρῶντας καὶ ἀποξύοντα διὰ τῆς στύψεως τὰ μέλη. Wakefieldius, quod me monuit Barkerus, proposuit σήψεως pro στύψεως: non male, puto: nam σῆψις τήκει καὶ ἀποξύει magis quam στύψις, quæ σκληρύνει καὶ ξηραίνει. BO.

Pag. 65. Ἀπειλουμένου) Si divinationi locus esset, legendum foret ἀπειλημμένου, *manifesti*, *deprehensi*. Verum commodi satis sensus est edita, modo capiatur active pro ἀπειλοῦντος. Sozom. VI. 12. σώματος αἰκισμοὺς ἀπειλούμενος. Active itidem apud Jo. Curopal. Excerpt. princ. Ἀπειλημμένου venit quoque in mentem viro d., quem Douzam esse existimat Dorv. in Char. 665. [=p. 607.] ABR. Ἀπαιδουμένου, *impudici*. REISK. Servandum ἀπειλ. videtur, vel passive, » qui mihi minax intentatur, *dont je suis menacé.* » BO.

Pag. 65. Ἠσχύνθη — ἠρυθρία) Comitata ambo quoque incedunt in Ach. Tat. IV. p. 267. ἡ δὲ ἠσχύνετο ἀκροωμένη καὶ ἠρυθρία. ABR.

Pag. 65. Παν. ἠρυθρία) Nova locutio. An non legendum? τῷ Παναχίῳ ἠρ. PAUW. Quartum casum adsciscit citra præpositionem. Epist. X. ὃν (λόγον) σεμνὴ παρθένος ἠρυ-

ῥίασεν. Heliod. IV. pag. 193. τὴν πρᾶξιν ἐρυθριῶσα. II. pag. 70. ἠρυθρίων τὸν Κνήμωνα. Æn. Gazæus Theophr. p. 12. ἐρυθριῶντες τὸν Πλάτωνος ὄνον. Frequens est hæc construendi ratio Procopio. ABR.

Pag. 65. ὅλως τ. φύσεως γεγονώς) » A natura victus. » BAST. Bergl. ad Alc. I. 15. ὅλος. Mihi, propter γεγονὼς, non displicet ὅλως. PAUW. Forte, ἥττων τ. φ. γεγογώς. REISK. Recte dici tam ὅλως εἶναι et γίνεσθαι τινος, quam ὅλον, abunde docuit Jens. II. Lect. Lucian. c. 9. Et quamvis hoc intercedat discriminis, ut ὅλως εἶναι sit *penitus*, *omnino*, sive *prorsus esse*, ὅλον εἶναι *totum esse in*; tamen sunt hæc earum locutionum in numero, in quibus, quoties variant codd., nemo dixerit utrum auctori placuerit. Longe tamen crebrius ὅλον εἶναι inveneris quam ὅλως. ABR. Lucian. Dom. 18. ὅλος δὲ πρὸς τοῖς ὁρωμένοις ἐστίν : cod. 3010. ὅλως, electu dubio. Et potest incertus hærere criticus in hoc loco Lucianei Herculis 1. Descripto tetro atque horrido Herculis Ogmii vultu, addit Auctor in ceteris esse Herculi Græco similem : τοιοῦτος ὢν ἔχει ὅμως τὴν σκευὴν τοῦ Ἡρακλέους... καὶ ὅλως Ἡρακλῆς ἐστι. Ταῦτά γε ᾤμην οὖν... Cod. 3010 habet ὅλος : at inde utiliorem varietatem promam, nempe τὴν σκευὴν τὴν Ἡρακλέους, quod est optimum. Poterit et uterque recipi articulus : statim Lucianus, τὴν διφθέραν τὴν τοῦ λεόντος, τὴν μορφὴν τὴν τοῦ Ἡρακλέους : quo tamen in postremo loco τοῦ codici deest. Atque hoc notabile, quod codex distinguat sic ultima : Ἡρακλῆς ἐστι ταῦτά γε. Ὤμην οὖν... Editionum interpunctio est pessima. Horapollo 14. p. 28.

τότε ὅλος ἀποθνήσκει. Codex 2852. ὅλως, melius; nam σῶμα præcessit. BO.

Pag. 65. Ἀπώκνησε) Cod. ἀπόκνησε: secunda manus correxit. BO.

Pag. 65. Διωλύγιον) Charit. III. p. 65. διωλύγιον ἀνεβόησε: ibi Dorvill. In Heliod. VI. p. 270. λίγιόν τι ἀνακωκύσασα: cod. Ven. 409. λύγιον. Forte, διωλύγιον. BAST. Glossa codicis: Ͽρηνητικῶς ἔχων ἐπίπολυ. Planudes in Ovidii Metam. Versione ad IV, 520. poetæ verbum *exululat* reddit βοᾷ διωλύγιον. In loco Heliodori, codicis lectio λύγιον non male videtur ab amico emendata. Corayus scripsit λίγειον, quam formam vellem adstruxisset; sed λίγιον poterit servari. BO.

Pag. 65. Δεινοπαθοῦντα) Secunda manus: γρ. παθεῖν, seu παθῶν: non enim clarum. BAST. Locum tenet nominis cum præpositione, idiotismo satis obvio, verum sæpe non perspecto, valetque σὺν δεινοπαθείᾳ, atque ideo destituitur articulo. ABR.

Pag. 65. Αἰτιώμενον) *Recusantem*. Hesych. Αἰτιᾶται· μέμφεται. Locus est paulo intricatior. An forte levis menda irrepsit et scribendum, αἰτούμενον? Id, ut mihi videtur, verissimum. PAUW. Reiskius scribendum existimat αἰνιττόμενον, » qui tecte significaret debere ipsum ex » medico lenonem fieri. » Patet ex versione Mercerum, præivisse legentibus [Pauwio et Tollio] αἰτούμενον: nam reddit *rogatum*. Non editam tueri dubitem: αἰτιώμενον μεταβάλλειν (ἑαυτὸν) εἰς μαστροπὸν, » *exprobrantem* quod

ex medico stupri sequestrum ac lenonem se facere pa-
» raret. » ABR. Conjectura αἰτούμενον mihi valde placet, et unice vera videtur; » qui rogabatur ut e medico in » lenonem converteret. » Nihil facilius, et τὸ μεταβάλλειν sic neutraliter positum pervulgatum est. Polyzoïs edidit δεινοπ. καὶ αἰτιώμενον : male. Lucianus Lapith. c. 32. οὐ μαστρωπὸς ἐγὼ τῆς ἐμαυτοῦ γυναικός. BO.

Pag. 65. Καὶ τῆς) Pro καὶ ταῦτα τῆς, ut supra: vide p. 419. BO.

Pag. 65. Εἰ) Interpres *quamvis* : quod nescio an græca præstare possint. Nam εἰ μὴ est *nisi* vel *si non*. Nonne scribendum? εἰ καὶ. PAUW. Voculam εἰ bene intellexit Mercerus. Inter alios complures Aristoph. Vesp. 957. εἰ κρέμοισθε. Ut Lat. *si*. Arnob. III. init. » *si* linguæ omnes » contra faciant. ABR.

Pag. 66. Ἀντιβολῶν) Glossa in codice, δεόμενος. Quod hic pro glossa adponitur sæpe ab auctoribus conjunctim usurpatur. Demosth. in Pantæn. t. 4, pag. 69. ἱκέτευεν, ἐδεῖτο, ἠντιβόλει : in Macart. p. 183. δέομαι δὲ καὶ ὑμῶν, καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ : et sic in Stephan. I. p. 235, atque initio orationis in Eubulidem. Non aliter Lysias. Alciphr. I. 35. δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν. BO.

Pag. 66. Ὑποθέσει) Editiones, ὡς ἐν ἐπιθέσει. Mercerus *in conclusione*. Usitata insidiarum notio haud videtur aliena : » id quod erat captiose et insidiose inferens roga- » bat. » ABR. Scripsi e conjectura quod legis. Edita lectio scabra est et fere sine sensu. Mutatio facillima fuit sen-

sumque præbet commodissimum, *rem fere ex suppositione inferens*. Permutatio præpositionum ἐπὶ et ὑπὸ non est rara : exemplum vide pag. 393, et in notis ad Eunap. p. 197. BO.

Pag. 66. Σὺ δ' ἂν, εἰ ὁ π.) Samb. τί οὖν πρὸς Διός, οὐδ' ἂν ὁ παῖς — ἐκδοῦναι. Mercer. ἐκδοῦναι ; Mercerus conjecit σὺ δ' ἂν : Pauwius, σύ γ' ἂν : Reiskius, εἰ δ' ἂν ὁ παῖς. Abreschius editam tolerat, modo cum Sambuciana interrogatio ponatur post Διός, quæ in tertia Merceri et Pauwiana fuit omissa. Sed tunc jungendum ἂν ὁ παῖς ἤρα, quod merito displicet, et ἐκαρτέρεις omnino eget conjunctione ἂν : pari incommodo premuntur Merceri conjecturæ et Pauwii, optimæ saltem ad sententiam. Mutationem feci facilem et, ni fallor, aliis meliorem, quamque nexus totius loci valde firmare videtur. De variatione τῶν σὺ et οὐ qui dubitat, adeat monita ad Tiber. Rhet. p. 46. BO.

Pag. 66. Πολύκλεις) Editi, Πολυκλῆς. Nullus dubitavi quin iotacismus nominativum pepererit. Apud Nicetam Χαρικλῆς nonnusquam scriptum fuit pro Χαρίκλεις. Quod dici poterit de abusu nominativi, nihil hic ad rem. BO.

Pag. 66. Τὰ εἰκότα) Ut in Achille Tat. et Basil. Ep. 52. διαλέγεσθαι τὰ εἰκότα : i. e. « quæ tempus postulat et res. » ABR. Gregorius Naz. Epist. 140. δὸς χεῖρα τῷ δεομένῳ, καὶ παραινέσας τὰ εἰκότα καὶ βοηθήσας. BO.

Pag. 66. Μᾶλλον δικαιότερον) II. 14. μᾶλλον χαριέστερον. I. 28. extr. μακρῷ γε μᾶλλον εὐτυχέστερος ἐμοῦ : quod

esse potuit ad imitationem Eurip. Hec. 381. θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος ἢ ζῶν. Pleonasmus adverbii μᾶλλον cum adjectivo formæ comparativæ frequens est: ac in hoc ipso Euripidis loco notavit Philem. Lexic. § 203. p. 77 = 135. ἔστι δ' ὅτε πρὸς τῷ συγκριτικῷ μᾶλλον θιθέασιν, ὡς Εὐριπίδης ἐν Ἑκάβῃ· θανὼν — Demosthenes Prooem. 38. οὔτε γὰρ ἐχθροτέρους, οὔτε ἀναγκαιοτέρους μᾶλλον ἐχθροὺς ἂν τούτων εὕροιτε. Aristoph. N. 1217. κρεῖττον ἦν εὐθὺς τότε ἀπερυθριᾶσαι μᾶλλον ἢ σχεῖν πράγματα. Planudes hæc Ovidii M. 14. 679. » neque enim sibi » notior ille est Quam mihi, » sic reddidit, οὐδὲ γάρ σοι μᾶλλον γνωστότερος ἐκεῖνός ἐστιν ἢ ἐμοί: pro *sibi* vides malam habuisse lectionem *tibi*. Idem ad 1. 349. dixit μᾶλλον ὑγρότερον. Olympiodor. in Plat. Alcib. pag. 97. μᾶλλον ὀξύτερον θέουσιν, τινὲς δὲ ἧττον: ubi Creuzer. Alciphr. II. 3. 43. ἀκινδυνότερον τὰς σὰς θεραπεύω μᾶλλον ἀγκάλας; ubi cf. Interpp. In loco Achillis Tat. quem adtulit Mercerus pag. 260. pro ἥδιον μᾶλλον, cod Venet. habet ἡδὺ μ. Sed Salmasius pleonasmum adverbii jure tuetur. In Isocrate Nic. p. 17. Corayus e codd. scripsit, πιστοτέρους εἶναι τοὺς σοὺς λόγους μᾶλλον, atque notat Isocratem frequentem esse in hoc pleonasmo. Et Isocrates quidem illud ipsum ἥδιον μᾶλλον habet in Ægin. p. 395. Vide Vauvill. ad Œd. T. p. 32; Nans. ad Nonn. p. 40, 41; Barker. Class. Recr. t. 1, p. 388; Blomf. ad Æsch. Theb. 670; Abresch. Lect. Aristæn. p. 285; Bast. infra ad II. 14. In Andocide contra Alcib. pag. 113. pro τῇδε (πόλει) οὐδὲν ἧττον ἐπιβουλεύσει, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δικαιό-

τερον, Reiskius proponit, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ δικ., quod haud est necessarium. Cleomedes II. p. 83. μείζων δὲ ἡμῖν ὁ ἥλιος καὶ ἀνίσχων καὶ δυόμενος φαντάζεται, ἐλάττων δὲ κατὰ τὸ μεσουράνημα, ἐπειδὴ πρὸς μὲν τῷ ὁρίζοντι ὁρῶμεν αὐτὸν διὰ παχυτέρου τοῦ ἀέρος καὶ νοτερωτέρου μᾶλλον. Cod. Reg. 2403. habet νοτεροῦ. In Xenoph. Sy. 1, 4. οἶμαι οὖν πολὺ ἂν τὴν κατασκευήν μοι λαμπροτέραν φανῆναι, εἰ ἀνδράσιν ἐκκεκαθαρμένοις τὰς ψυχὰς, ὥσπερ ὑμῖν, ὁ ἀνδρὼν κεκοσμημένος εἴη μᾶλλον, ἢ εἰ στρατηγοῖς : Zeunius μᾶλλον refert ad λαμπροτ.; sed pendere puto a κεκοσμημένος. Atque Lat. suo *magis* in pleonasmo abutuntur. Plautus Stich. v. 4. » hoc magis est dulcius. » Taubmann. ad Men. Prol. 55. videndus est. Shakespearius similiter *Temp.* I. 2. *more better*; ubi Steevens. similia protulit ex veteribus anglicis scriptoribus. BO.

Pag. 66. Συνελογ. δυνατῶς) » *Puissamment* raisonné, » ut est sæpe apud Voltarium illum facetum, quod post eum alii adhibuerunt. BO.

Pag. 66. Οἰκείοις πειθ. δικ.) Pareto legi, quisque legem » sanxeris. Quod quisque juris, etc. » apud ICtos. MERC.

Pag. 66. Ἑαυτῷ) Leg. αὐτῷ. HUET. Frigidum esse videbatur præsuli docto Polyclis soliloquium; nihil tamen mutandum. BO.

Pag. 66. Ἑαυτῷ προσεφθ.) Rarius hoc. Junge Suidam in Προσφθέγγομαι et Προσεφθέγξατο. PAUW. Suidas: Προσεφθέγξατο αἰτιατικῇ, καὶ δοτικῇ δὲ σπανίως : quod

infinitæ Abreschii disputationi occasionem fecit, apud ipsum videndæ. BO.

Pag. 66. Αἴτησις) Fortean rescribendum αἵρεσις. Cicero Off. III. » primum minima de malis. » Item : » non solum » ex malis eligere minima oportere. » MERC. Imo leg. αἴτησις. HUET. Merceri αἵρεσις probare non possum. Nam sic nimis in eadem voce iisdemque literis oratio hæret. PAUW.

Pag. 66. Δύο κακῶν) Scribe δύο δὲ κ. Μὲν præcedit, et δὲ sequitur ordine; nihil apertius. Et sic αἵρεσις minus adhuc placet. PAUW. Inserui voculam δὲ, quam requiri monuerat Tollius, legens δυοῖν δὲ κακῶν. ABR. Pol. post Abresch. edidit δύο δὲ κ. Nihil mutandum esse putavi. Supra pag. 337. sic post μὲν abest δέ. Nec necessaria est Tolliana lectio δυοῖν, quum δύο possit non declinari : I. 23. e codice edidi δύο δεινοῖς pro vulgato δυοῖν δεινοῖς. Attamen II. 11. habemus δυοῖν πνευμάτων. BO. Socrat. I. 9. δύο ὀχημάτων. I. 12. ἑνὸς ἢ δύο ἐπιμνησθήσομαι, pro quo II. 38. ἑνὸς ἢ δυοῖν ἐπιμνησθείς. Sozom. VI. 1. δύο ποταμῶν. Heliod. X. pag. 463. τῶν (Cod. Ven. τοῖν) μὲν δυοῖν κεχωρισμένων. Luc. t. 8. pag. 121. πρὸ δυοῖν (Cod. Vatic. δύο) ἐτοῖν. Schol. Ven. Il. A. 591. δυεῖν τόποιν : cod. δυεῖν τόπων. BAST.

Pag. 66. Μετριώτερον) Cod. μετριότερόν : secunda manus correxit. II. 9. vulgabatur ἀνιαρώτερον, quod correxi, monente Abreschio post Dorvill. ad Char. p. 225. Reiffius, vir cetera eruditissimus, Aldinum ἀντισχυροτέρας

in Artemidoro I. 62. non putabat vulgatæ ἀντισχυροτέρας præferendum; sed isti etiam alius est loco morbus. In Planudea Metam. versione ad v. 517. ἀτιμωτέρας non relinquam; nec, si Lucianum ederem, in Cycnis 6. relinquerem λιγυροτέροις, sed reciperem λιγυρωτέροις e cod. Reg. 3010. Idem cod. in Epist. Sat. 20, pro edito ἀτιμότερον, male syllabam producit. Ab hoc errore et similibus procul dubio sibi cavisset Scholiastes Gregorii Naz. Montac. p. 88. qui se non nescire ait τὸν κανόνα τῶν τε συγκριτικῶν καὶ τῶν ὑπερθετικῶν, καθ' ὃν τοιαῦτα συστέλλεταί τε καὶ ἐκτείνεται. Alia notavi ad Herod. Epim. p. 240. BO.

Pag. 66. Μετριώτ. αἱρετέον) Colorem hæc verba duxisse videntur ex Luc. 13. Ἑτ. extr. χαλεπὰ μὲν ἄμφω· αἱροῦμαι δ' ὅμως τήν—ABR. Hierocl. in Carm. Pyth. 4. LAMB. Liban. t. 4, pag. 779. ὥσπερ γὰρ δυοῖν ἀνίσων ἀγαθῶν προκειμένων, εἰ μὴ συναμφότερα ἐξῆν λαβεῖν, τὸ μεῖζον ἐκλέξασθαι δεῖ· οὕτω καὶ, δύο παρόντων ἀνομοίων κακῶν, εἰ μὴ διαφεύγειν ἐστὶν ἑκάτερον, προσήκει τὸ χεῖρον ἐκκλίνειν. Marmontel. in Narrat. Morali cui index *Les bateliers de Bezons*: selon cette grande maxime, que de deux » maux, dont l'un sert de remède à l'autre, c'est le moindre » qu'il faut choisir. » BO.

EPISTOLA XIV.

Pag. 69. ΦΙΛΗΜ. ΕΥΜ.) Confinxit hæc nomina ut argu-

mento Epistolæ convenirent, quæ est poscimummæ meretricis ad juvenem musicæ artis peritum. Editum Φιλομάτιον mutavi. BO. Volebant Φιλασμάτιον. Verius est Φιλημάτιον, deminuto vocabulo ἀπὸ τοῦ φιλήματος. Nomen id mulieris meretricis in Plauti Most., et Lucian. ἑταιρ. διαλ. ιϛ'. MERC. In tota epistola, nusquam φιλημάτων· ἀργύρου, χρυσοῦ et χρημάτων aliquoties fit mentio; quibus respondebit nomen inscriptionis, si scriptum fuisse suspicari velis Φιλοχρημάτιον, Φιλονούμμιον, Φιλονουμμάτιον, vel Φιλονομισμάτιον. ABR. Φιλοχρημάτιον valde mihi arridet. BAST. Lucret. IV. 1162. HUET. Qua ex allegatione patet docto episcopo Φιλήματιον arrisisse; et mihi quidem arridet unice: indicat enim femellam esse meretricem; nihil quie requiritur amplius, quum, dicto homine arteque nota, jam indoles non sit obscura. Nec de nominis genuitate dubitandum. Marmor Patavinum Ursati pag. 247. ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΑΙΛΙΑΣ ΦΙΛΗΜΑΤΙΟΥ. Inscriptiones Lat., ubi hoc nomen, collegit Dorbessanus Misc. t. 2, p. 204. BO.

Pag. 69. Οἶδε) Cf. p. 400.

Pag. 69. Πόρνας) Editiones πόρνους, et sic codex; qui exhibet ab altera manu πόρνας. BO. Πόρνας Reiskius; et sic nescio quis apud Dorvill. Charit. p. 32. [= p. 217.] ABR. Melius πόρνας. Apud Xenoph. Eph. p. 181. πόρνῳ pro πόρνῃ nullius est pretii. In Pluto Grammat. Raven. πόρνους) ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς. BAST. In loco Aristophanis 155. τοὺς πόρνους dictum est de viris, recte. Dorvillius l. c. vulgato πόρνους favere videtur, et me id mutasse fere pœnitet. BO.

Pag. 69. Κέρδει μόνον δουλεύομεν) Ep. 17. οἰκείῳ μόνῳ δουλεύει σκοπῷ. Ep. 18. δουλεύοντα πλούτῳ. BO.

Pag. 69. Διαῤῥήγνυσθε τὰς γνάθους) Hæc adposuit Olearius ad Philostrati ista Ep. 55. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ καὶ τοὺς αὐλοὺς ἔῤῥιψεν, ὡς τὸ πρόσωπον αὐτῆς συγχέοντας: ubi cod. Reg. 1696. et Vatic. 140. exhibent τὸν αὐλὸν, et Vatic. συγχέαντα. BO.

Pag. 69. Πράγματα παρέχετε τ. χορδαῖς) Plato Rep. VII. p. 487 C. σὺ μὲν τοὺς χρηστοὺς λέγεις, τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας. WYTT.

Pag. 69. Τὰ τῶν ἀνοήτων ὀνόματα) Lucian. Tim. 43. colore non dissimili: δημόται καὶ ἡ πατρὶς αὐτὴ ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα, καὶ ἀνοήτων ἀνδρῶν φιλοτιμήματα. BO.

Pag. 69. Ἢ ταῦτα μὲν ἴστε) Plurale illud pronomen ταῦτα in unam tantum rem cadit, nempe non esse credulas puellas ni adsit blanditiarum comes curtæ nescio quid rei. Sic initio Ep. 15. τούτων unam duntaxat respicit gnomen. De hoc pluralis pronominis usu notavi ad Nicetam p. 321. seqq. ubi obiter monebo p. 323, 1. pro ἦν scribendum ἐν. Apte Amersfoordt. ad Dem. de Symm. p. 52. in re simili vulgatum διὰ ταῦτα prætulit varietati manuscriptæ διὰ τοῦτο. Æschines Ctes. p. 193 T. τὸν γὰρ οὕτως αἰσχρῶς δωροδοκοῦντα οὐκ ἔστιν ἄνδρα γεγονέναι ἀγαθόν· ἃ τετόλμηκεν οὗτος γράψαι ἐν τῷ ψηφίσματι: ubi plurale ἃ refertur ad γεγονέναι ἀγαθόν: qui vellet ὃ, erraret. Photius in Bibl. de Zosimo: δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο

ἐκδόσεις, ὥσπερ κἀκεῖνος (Eunapius nempe), πεποιηκέναι· ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον· ἐξ ὧν δὲ ἣν ἀνέγνωμεν ἐπέγραφε » ΝΕΑΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ », συμβαλεῖν ἣν καὶ ἑτέραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὐναπίῳ, ἐκδεδόσθαι. Locum, unde se non poterat Reitemeierus extricare, diligenti distinctione clarum puto me fecisse : plurale ἐξ ὧν unam hanc epigraphen, νέας ἐκδόσεως, respicit. Xenophon Sy. init. ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς· οἷς δὲ παραγενόμενος ταῦτα γιγνώσκω, δηλῶσαι βούλομαι. A sensu abierunt quos vidi interpretes, ob illud puto ταῦτα, cujus rationem non perspexere : refertur ad unam illam quæ præcessit sententiam : τοῦτο si legeretur, statim hunc esse sensum vidissent, » quibuscum autem viris conver- » satus hoc opinionis habeo, significare legentibus volo : » Socratis et aliorum sermones faceti lususque elegantiores Xenophontem *id* aut *ea* docuerant, nempe virorum bonorum facta, non seria modo, sed et jocosa, esse memoratu digna. Xenophonteam hanc sententiam laudavit Eunapius initio operis de Sophistarum Vitis. BO.

Pag. 69. Ἢ—πιθανὸν—καθεύδουσαν.) Samb. Merc. et codex ἤ. Abresch. et Polyz. ἦ. Mercerianæ, πιθανόν; — καθεύδουσαν; BO. Η hic est ἦ, quod in structura est jungendum cum που, unde per tmesin est separatum; nec per interrogationem, quam et ignorat Sambuc., sed directo prolatum puto; atque ἦ που πάντως, ceu ἐκ παραλλήλου dictum *utique profecto*. ABR.

Pag. 69. ἀναργ. οὐδέν) Dedi Merceri correctionem pro οὐδέ. ABR. Polyz. οὐδέν. Cod. οὐδέ. BO. Apud meretrices Χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτείτω λόγος· Πείθειν γὰρ οὐδὲ καὶ πέφυκε μὴ λέγειν : ap. Apostol. Cent. xx. 90. LAMB.

Pag. 69. Ἐστὶ πιθανόν) Cod. εἴτι, et a secunda manu ἐστί. BO.

Pag. 69. Ἀμύητον) Cf. not. ad Nicet. Eugen. III. 105. Infra II. Ep. 5. 7. BO.

Pag. 69. Ἢ λύκος) Huetius conjicit ἢ λύκῳ : malim ἢ λύκοις. Codex ἣ λύκος : pro ἧ, *ut lupus*. Sed post προχειρότερον, ἢ facilius est, et tam sæpe accentus syllabæ in varietatibus scribendi obscuratur, ut codicis nunc minima sit auctoritas : cf. not. ad Planud. Met. Ovid. II. p. 58. Servato textu edito, ellipsis hæc erit, ἢ λύκος ἂν ἕλοι ἄρνα. Nam προχειρότερον non puto adverbiascere, nec pendere ἑλεῖν ab ᾠήθητε. Mihi προχειρότερον est pro προχειροτέραν. Bene Mercerus : » magis obnoxiam capi. » Est in ἑλεῖν abusus vocis activæ notissimus, veluti in locutione Philostratea Her. pag. 4. θάλαττα οὐ ῥᾳδία πλεῦσαι, ubi scholiastes adposuit recte, πλευσθῆναι. Igitur προχειρότερον ἑλεῖν valebit idem ac προχειροτέραν αἱρεθῆναι. Ad Philostrati locum hanc syntaxin activi verbi pro passivo pluribus illustravi, conferendis cum alia ad Marin. nota p. 125. Lucian. Phal. I. 3. ἀποτρόπαιά μοι καὶ ἀκοῦσαι : Schol. ἀκουσθῆναι : ut θαῦμα ἀκοῦσαι in Marini Proclo c. 29. Æschylus Prom. 743. ποταμὸς οὐκ εὔβατος περᾶν : Pers. 27. φοβεροὶ ἰδεῖν, ut ἄτοπος ἰδεῖν in Platonis Al-

ceb. 1. 6. Sophocles Phil. 1149 = 1195. οἰκτρὰ βόσκειν : Schol. βόσκεσθαι : Œd. T. 57. χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν : cf. Elmsley. ad Heraclid. 1011. Plato Apol. 28. τὰ δὲ ἔχει μὲν οὕτως, πείθειν δὲ οὐ ῥᾴδια : Menex. 21. ταῦτα δὴ ἱκανὰ τοῖς ἡμετέροις παρ' ἡμῶν ἀγγέλλειν. Dion. Chrys. Or. 13. p. 422. χρησμὸν οὐ ῥᾴδιον συμβαλεῖν. Thucydides 1. 138. ἄξιος θαυμάσαι : ubi schol. ἀντὶ τοῦ θαυμασθῆναι. Et sic loquimur. San-Realius in Conjur. Venet. » Jaffier était un homme à *observer*. » Montesq. Epist. 22. » l'ouvrage en question sera fini de *copier*. » Potest et nonnusquam ellipsis alio modo suppleri. Cratinus in Lexico Rhetorico Bekk. Anecd. pag. 412. ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθός : quod lexicographus ita explicat : ἄξιος ὥστε λαμβάνειν αὐτόν. Dicere debuit ὥστε τινὰ λαμβ. Gallice prorsus activo modo verteremus : » une récompense bonne à » *prendre*. » BO.

Pag. 69. Λιπαρὰν ἄρνα) *agnam obesam*. PAUW. Lupos et agnos sic sæpe jungunt : cf. ad 11. 20. BO.

Pag. 69. Ξυρὸν εἰς ἀκόνην) Imo ξυρός. Vide Parœmiographos. ABR. Aristophanes Eccles. 65. τὸ ξυρὸν, ubi Brunck. BAST. Ἐπὶ τῶν προσηκόντων τισὶν, aiunt Græci [Apostol. Adag. 13. 91.], quos sequi debuisset Erasmus [Adag. 1. 1. 20.]. Sed sane hic ξ. εἰς ἀκ. nihil aliud est quam acutum ad cotem, ut dicimus rectum ad amussim. MERC. Male Erasmus, qui vult proverbium dici in hos qui in eas res inciderunt in quas minime volebant ; imo contra in quas volebant. Ita nempe omnes parœmiographi

græci. Meminit etiam hujus adagii Eustath. in Il. K; sed sine epilogo. LAMB. » Facta sum novacula ad cotem, » ita acuta mentem ut novacula videar ad cotem. Proverbium hic revera nullum. PAUW. Proverbium est omnino, idque notissimum. Schott. ad Suid. Ad. 10. 66. loco Nostri usus est, et Erasmum reprehendit. Diogenian. 6. 91. ξυρὸς εἰς ἀκόνην· πρὸς τοὺς ὧν βούλονται τυγχάνοντας· ὁμοία τῷ ὄνος εἰς ἄχυρα: verba ὁμοία—ἄχυρα desunt in cod. Mazarin. A 86. Euthymii Vitæ auctor in Monum. Cotel. t. 2, p. 206 B. τοιοῦτον γὰρ ἀγαθὴ ψυχὴ καὶ φιλόκαλος ἀρετῆς πρόφασιν λαμβάνουσα, καὶ μετρίαν, ξυρὸς εἰς ἀκόνην ἐστὶ, θαλλὸς εἰς πῦρ, ἵππος κατὰ πεδίου· ταῦτα δὴ τὰ ᾀδόμενα. BO.

Pag. 70. Μεῖζον) Cod., Sambuc., Mercerianæ, μείζω. Pauwius ad Ep. 7. proposuit μεῖζον, receptum ab Abreschio et Polyz. Cf. p. 356. BO.

Pag. 70. Προϊούσας) Editiones ante Abresch. et Polyz. προσιούσας. Ille reposuit πρϊούσας, atque ita cod. Cf. p. 349. BO. Quod substitui placuerat quoque viro d. ap. Dorvill. ABR.

Pag. 70. Κρωβύλου ζεῦγος) Notum e proverbio. Imitatus Apuleius Miles. v. [p. 97, 22.]: »*jugum* sororium » consponsæ factionis. » Achill. Tat. v. ὦ ζεῦγος κατ' ἐμοῦ γοήτων ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Sic bigam, trigam, quadrigam, Latini. MERC. Glossa codicis: Κρωβύλου· εἶδος ἐμπλοκῶν. Quæ explicatio alias apta hic nihil est ad rem. De proverbio vide Erasm. Adag. II. 7. 51; Schott. ad

said. Ad. 8. 99; Pantin. ad Apost. Adag. 9. 52. BO. Κρωβύλου ζεῦγος parœmia est; quam ita etiam effert Hesychius. Zenobius, Diogen., Suidas scribunt Κροβύλου; non male etiam. PAUW. Scio nominativum reperiri scriptum Κρώβυλος et Κρωβύλος, sed unice veram esse puto παροξυτονίαν: quum hæc sit diminutivorum ratio in υλλος et υλος, ut his sit tonus in penultima, illis in antepenultima. Blomfield. Gloss. in Prometh. 214. omnino consulatur. Hinc Κρώβυλος Comicus poeta Athenæi II. 28. 44. III. 70. 74. scribi debet Κρωβύλος: vera scriptura reperitur IX. 53. Æschinis in Ctes. p. 197. Κρώβυλος eodem modo erit reformandus. Et apud Diogenem Laert. III. 14. Κρώβυλος abeat in Κρωβύλος. In Sosipatri loco ap. Athen. IX. 22. Δημύλε pro Δήμυλε reponatur. Atheniensium dux, qui Platoni in Theage Θράσυλλος dicitur, Xenophonti in Hell. Θρασύλος est, idque recte. Ap. Diogenem Laert. III. 1. Θράσυλον mutandum est. Themistius, qui Or. V. p. 65. recte exhibet Θρασύλον, male Θράσυλον præfert Or. VIII. pag. 108; sed ibi in cod. Valesiano Θρασύλον inveni. In Thucydide VII. 2. Γόγγυλος est male scriptum: lectionis varietas Γογγυλλος hic fuit adposita, sed absque accentu, qui debet primæ imponi syllabæ. Panis sub cinere cocti nomen erat apud Eleos, Athenæo teste III. 76, βάκχυλος: forsan, βακχύλος. *Forsan*, inquam; nam quum ὄξυλος, ἴτυλος sint extra canonem, potuit et hoc peculiaritatis habere Eleorum dialectus, ut accentus in hac voce retraheretur. BO.

Pag. 70. Ἀστεϊζόμενοι) Sambuc. et Merceriana, ἀστι-

ζόμενον, atque ita codex, cum glossis, ὡραϊζόμενον, χα-ριεν, καλὸν', quæ τῷ ἀστεϊζόμενον conveniunt. Et Mercerus : » melius ἀστεϊζόμενον : hoc enim malo quam ἀστεϊζ-» μενον. » Tollius in Dorv. Vanno p. 607. hærebat inter ἀστεϊζόμενοι et τὸ ἀστεϊζόμενον. Pauwii conjecturam ἀστεϊζόμενοι receperunt Abreschius et Polyzoïs. Bastio ἀστεϊζόμενον placebat; quæ quidem lectio propius accedit ad vocem corruptam; sed vix sensum habere videtur nunc idoneum; et credo dixisse potius ἀστεῖον ζεῦγος. At ἀστεϊζόμενοι ἐπιφωνοῦσιν aptissime junguntur : » dicaculi » et facetiores vocant nos Crobyli jugum. » BO.

Pag. 70. Ἐπιφωνοῦσιν ἡμᾶς) » Nominant, adpellant, » seu esset ἐπικαλοῦσι. ABR.

Pag. 70. Αὐτῆς) Codicis glossa : τῆς διδασκάλου. BO.

Pag. 70. Μάλιστα τοῖς φίλ.) Τοῖς μάλ. φιλ. Facta transpositione : » amicorum præcipuis. REISK. Ingeniose, sed absque necessitate. BO.

Pag. 70. Τοὺς ἀλλήλοις θεραπ. πόθους) Etiam hic usu venit transpositio, ἀλλήλοις θεραπ. τοὺς πόθ. REISK. Intereadum hujus generis structuræ perturbationis exempla pluscula dabunt nostra Thucydidea. Vide Lection. pag. 41, 127, 218, 263. Vir doctiss. apud Dorvill. τοὺς ἀλλήλων. ABR. Hæc sunt male cogitata. Codex quidem habet a secunda manu ἀλλήλων : sed genitivus ille glossa est dativi ἀλλήλοις, qui omnino est servandus, σχῆμαque efficit Κολοφώνιον, de quo fuse ad Inscr. Actiacam, et ad Nicetam p. 270. Polyzoïs ἀλλήλων, male. BO.

Pag. 70. Τό γε ἡμ. οὐ κωλύσει) Formulam τοὐμὸν illustravi ad Phil. pag. 296, ubi Bastius addidit observationem huc omnino facientem, indicavitque locum e Platonis Gorgia quem Aristæn. hic ante oculos habuit. Vide quoque Brem. ad Epist. Socr. p. 149; Wyttenb. ad Plut. t. 1, p. 942; Heindorf. ad Charmid. § 4. BO.

Pag. 70. Πάντα Θεῖ κ' ἐλ.) Inveni hanc parœmiam in uno Apostolio [15. 60.]: πάντα Θεῖν ἐλαύνεται, ἐπὶ τῶν εὐπόρων. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς. Ἀπέδωκαν δὲ οἱ μὲν παιδιᾶς εἶδός τι· Εὐφρόνιος δὲ παροιμιωδῶς λέγεσθαι ἐπὶ τῶν παρακελευομένων ταχέως ἥκειν ἢ ἀπαλλάτlεσθαι. Qui aut hinc corrigendus, quod Casaubono magis placet, aut ex eo Noster. MERC. Ap. Apostolium p. 190. πάνθα θεῖν ἐλαύνεται legitur, quod vertit Munckerus, » omnia ad » cursum impelluntur. » Putat Mercerus, vel hinc corrigendum Apostolium, vel ex Apostolio Aristænetum; at prius tantummodo verum est, probante etiam Salmasio. Evincit id locus Aristoph. in Ἐκκλ. [109. Νῦν μὲν γὰρ οὔτε Θέομεν, οὔτ' ἐλαύνομεν.], ubi Schol. addit: [ἐπὶ τῇ παροιμίᾳ. Ὁ χἀργύριον ᾖ, πάντα Θεῖ κἀλαύνεται.] Proinde locum Aristæn. ita lege: ἀλλ' ᾧ ἂν τἀργύριον ᾖ—Ex eo aliud ap. Petron: » Quisquis habet nummos [secura naviget » aura » c. 137. ubi cf. not.] SCHURTZ. Bisetus sic versum a Scholiasta adpositum emendat: Ὅπου ἀργύριον —Tan. Faber legebat, plaudente Cupero ad Petron. l. c. ᾧ τ' ἀργύριον—Brunck. ad Ταγην. Aristoph. Fragm. 22. ᾧ δ' ἀργύριον.— quod fere malim. Suidas in Θεῖ habet:

ἀλλ' ὅταν ἀργύριον — quod, ut Nostri lectio, sine me... decurrit. De loco Apostolii corrupto Pauwius pluri... scribit non iterum describenda: nam Toup. ad Suid. t. 2, p. 26. eum feliciter tractavit. Indicabo tamen, quod nimiæ est diligentiæ, non meæ, sed Bastii, Lambecium pro depravata Apostolii voce παραξοροῦσιν, legisse παραξερεῖ. In Latinis *agent* mutavi, præeunte Huetio. BO.

EPISTOLA XV.

Pag. 70. Δύο πόλεις—) Historia hæc ap. Polyæn. VIII. 35. et Cæl. [Rhodig.] Antiq. Lectt. 23. 1. LAMB.

Pag. 70. Ὡς ἐπαφ. ἐκμανείσης αὐτῷ) Volebam αὐτόν: quæ amatorie illum sauciarat. In Ep. seq. βλέμμα δεινῶς ἐκμαῖνον τὸν ὀρθῶς ἐρῶντα. In Platonis disticho: Ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι, Δίων. Sed Casaubono verius visum, ἐκμανεὶς ἐπ' αὐτῇ. Historia autem hæc in pauciora verba contracta apud Plutarch. ἐν τῷ π. γυναικῶν ἀρετῶν [in Πιερία]. MERC. Male Mercerus, ἐκμανείσης αὐτόν: nam ita non loquuntur. Saltem dedisset, ἐκμηνάσης αὐτόν. Rectius Casaubonus; sic tamen repetitur quod dictum erat. Ὡς ἐπαφρ. scriptum ut ὡς θαυμαστῶς, ὡς ἀληθῶς, et alia id genus plura. Sic nihil facilius. Ut ille puellæ, ita puella illius amore sauciata erat perdite. In ipsa epistola sunt, quæ id aperte demonstrant. PAUW. Legam, vel deleto ὡς, quod adhæserit ex syllaba finiente πόλεως,

A substituto ἧς, proque ἐκμανείσης reponam ἐκφανείσης.
ollius : ὃς ἐπαφρ. ἐκμανεὶς ἐπ' αὐτῇ. Bernard. notis in
ynes. de Febr. pag. 38. πολ., ἐπαφ. ἐκμανεὶς ἐπ' αὐτῇ.
BR. ὧς ὑπ' Ἀφροδίτης ἐκμανεὶς εἰς αὐτὴν. REISK. Dorill. Van. p. 104, et Abreschius putant Mercerum scripsisse ἐκμηνάσης, non ἐκμανείσης, quod mendum fuerit yporum; sicque putabat quoque Bastius Epist. Crit. p. 151. ubi protulit codicis lectionem a secunda manu, ὃς ἐπαφ. ἐκμανεὶς αὐτῇ, quam in Aristæneto reponi jubet ad Gregor. Cor. p. 76, contra Koenium, qui verba ὡς ἐπαφροδίτως componebat cum paribus, ὡς ἀληθῶς, ὡς ἑτέρως, et non esse sollicitanda monebat. Equidem de hoc cum Pauwio et Koenio facio. Polyzoïs edidit temere, ὡς ἐπ. ἐκμαινούσης αὐτόν, et in Erratis restituit, ἐκμανεὶς ἐπ' αὐτῇ. BO.

Pag. 70. ΑΦΡΟΔ. ΛΥΣ.) Et hic nomina conficta sunt ex epistolæ argumento, in qua de πολέμῳ ὑπ' Ἀφροδίτης διαλυομένῳ agitur. Hoc Nostri artificium jam notavi. Atque similiter sæpe in Epistolarum suarum titulis lusit Theophylactus Simoc. Verbi causa, ejus Epistola 25, quæ est consolatoria et de morte contemnenda, Σωσίπατρος Ἀξιόχῳ inscribitur, respectu ad Ἀξίοχον, Dialogum Platonicum de morte : unde patet nullius esse pretii varietatem Ἀντιόχῳ, quam in codd. Regg. 2991 A. et 1389 reperi. Quo in posteriore libro quum exstet unica hæc epistola et absque auctoris nomine, putavit Catalogi consarcinator Sosipatri esse, » Græci recentioris cujusdam; » quod qui emendetur jam palam est. BO.

Pag. 70. Ἀνυσιμώτερον) Illustrat Wyttenb. Bibl. Crit. t. 1. part. 2. p. 60. BAST.

Pag. 70. Τούτων) Cf. supra p. 439.

Pag. 70. Πόλεμον διαλυει) Vide hanc in rem Barth. in Claud. p. 779. ABR. Videtur respexisse [non respexisse puto scriptorem latinum] ad illum Senecæ locum de Venere choro primo [Medeæ] : » asperi Martis sanguineas » quæ cohibet manus, Quæ dat belligeris fœdera gentibus: » cui confine illud Lucretii 1. in proœmio ad Venerem: » Nam tu sola potes.... » LAMB.

Pag. 70. Παρασκευάζει) Cum infinitivo *facere, efficere ut fiat hoc:* vid Bergl. ad Alciphr. 1. 22. BAST. Cf. p. 81, 4.

Pag. 73. Μετὰ στρατηγούς) Tollius, πολλάκις μὲν τοὺς στρατ. ABR. Nihil mutandum : » post duces » i. e. » quum » duces egregii operam bello navaverint, quum fuerint in- » gentes collecti exercitus, etc. » Propertius 1. 14. 17. de Venere : » Illa potest magnas heroum infringere vires. » BO.

Pag. 73. Μικρᾶς αἰγίδος βολῇ) Pag. 41 μιᾶς αἰγίδος ἐρωτικῆς πειραθῆναι. BO.

Pag. 73. Ἄρη) Cod. a secunda manu Ἄρην. Nihil hic videtur mutandum, cum ignorem utrum hæ secundæ curæ sint ex alio codice petitæ, an lectoris emendatiunculæ. De accusativo in η et ην, vide quæ monui ad Diogen. Epist. p. 257. et adde, si tanti est, Reitz. ad Luciani Eunuch. 3. Ad sententiam conferam Amyntæ Prologum ubi Amor,

deum esse prædicat » Che fa spesso cader di mano a Marte La sanguinosa spada. » Respiciebat forsan Tassus Tibulli verba IV. 2. » Sulpicia est tibi culta tuis, *Mars magne*, Kalendis. Spectatum e cœlo, si sapis, ipse veni. Hoc Venus ignoscet; at tu, violente, caveto, *Ne tibi miranti turpiter arma cadant.* » Ubi cur nuper scritum sit e conjectura *sed* post *ignoscet* caussa valde admodum idonea mihi quidem nondum videtur. BO.

Pag. 73. Ἀποφαίνει) Cf. p. 381.

Pag. 73. Πρᾳότ. μὲν πορίζων... ἔνθα—) Suspicer vel excidisse quædam, vel pro μὲν ἰδὼν leg. μετιὼν, aut prius μὲν delendum. ABR. Πρᾳότητα μένει πορίζων· ἔνθεν Ἄρης ὁπλίτην μὲν ἰδών — » inspirans mansuetudinem ardori » bellico : unde Mars ille, qui videns armatum virum, » etiamsi difficulter subigendum, tamen arma induit—ad » conspectum Amoris fugit. » REISK. In his languere sensum nemo non videt; non enim habet μὲν, quod ei respondeat, δέ. Suspicor quid excidisse ac legendum esse: πρᾳότ. μὲν πορίζων, ἀγριότητα δὲ ἐξορίζων : quæ audax quidem foret crisis, nisi locuplete auctoritate niteretur Platonis Symp. p. 325 E., ubi inter alia Amor dicitur ἐν ἑορταῖς, χοροῖς, θυσίαις γενόμενος ἡγεμών· πρᾳότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δὲ ἐξορίζων, φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος δυσμενείας. WYTT. Ex hoc loco Symposii supplementum sumendum esse quis non videt? Modestior fui forsan et timidior, qui lacunæ indicium facere satis habuerim. BO.

Pag. 73. Ῥίψασπις) Vide Erasm. sub Ῥίψασπις. LA

Pag. 73. Ἀκοντί) Vidi qui rescriberet ἑκοντὶ, pro ul At certum est scribendum ἀκονιτί. Salmacida spolia s τὰ ἀκονιτὶ σκυλευθέντα, *sine pulvere*, Horatio [1. Ep. 51.] et Gellio. MERC. Mercerus ἀκονιτὶ male. Nam de qui se victum fatetur, ita ἀκονιτὶ usurpari non solet. Q vincit, si sine labore vincat, dicitur ἀκονιτὶ νικᾷν. Defen posset ἀκοντὶ, quia manum protendens, ut herbam porrigat, id non facit sponte sua: sed dura est ἔννοια hoc modo. Quare molliter cum aliis scribendum ἑκοντί. PAUW. Illa, quæ contingere scribit, non fiunt sponte. Vel ergo servandum ἀκοντὶ, *invito*, *ingratiis*, aut reponi debet ἀκονιτί. De usu vocis ἀκονιτὶ cf. P. Fabri Agon. p. 324. Emendat Bernard. ad Psell. de Lapid. p. 25. τῇ δεξιᾷ ἀντίον προανατείνας. ABR. De ἀκονιτὶ vide Dorv. ad Char. p. 218. Libanius t. 4, p. 425 et 429. ἀκοπητὶ, ubi cod. Paris. 3017. bis ἀκονιτί: p. 217. ἀκοπητὶ, et hic etiam cod. ἀκονιτί. BAST. Dorvillius l. c., Aurati ἑκοντὶ non probans, ἀκονιτὶ verosimilius esse credit, quum sæpius hæ voces fuerint permutatæ; et Pauwii objectionem confutat, simul docens virum d. tentasse ἀκοντίῳ, quod fere amplectitur; et in codice quidem ἀκοντίῳ, scriptum fuit, sed a secunda manu. Quum ἀκοντὶ plus habeat auctoritatis, sensumque pariat bonum, nihil mutavi. De ἀκονιτὶ ad Eunap. p. 479, et Segaar. ad Clement. pag. 143. BO.

Pag. 73. Δεξιὰν — προσανατείνας) i. e. ἀνατείνας πρὸς τὸν Ἔρωτα. ABR. quod verum est. Dorvillius l. c. diffici

lius præpositionis πρὸς vim explicare conatur. Ille gestus victorum est atque supplicum. Illustrationem quærenti notæ dabunt Foscoli ad Catull. p. 78; Barkeri ad Cicer. Læl. c. 26. et in Classica Valpyi, Ephem. t. 7, pag. 189; mea ad Eunap. p. 570. BO. Ennius [p. 135.]: »Qui vicit » non est victor, nisi victu' fatetur.» Itaque mos erat, ut qui in conflictu succubuisset, manus vel digiti sublatione victum se fateretur. Suid. Cent. I. Adag. 63. αἶρε δάκτυλιον [cum nota Schotti]; etc. LAMB.

Pag. 73. ὁμολόγει) Mallem ὁμολογεῖ—ὑπαναχωρεῖ. Sic verba melius fluunt. PAUW.

Pag. 73. Μαλθ. αἰχμ.) Homerica dictio Iliad. P. 588. Utitur etiam Plato, Dion Chrys., Julianus. WYTT.

Pag. 73. Μίλητος) Anonymus in Yriartæ Catal. p. 305. Ἀλικαρνασὸς πόλις Καρία (f. Καρίας), ἡ πλησίον οὖσα Μιλήτου, τοῦ νῦν Μελανουδίου. BO.

Pag. 73. Μυοῦς αἱ π.) Samb. et Mercerianæ, et cod., ut videtur, Μυοῦσα πόλις. Correctionem proposuit Mercerus, et receperunt Abresch. et Polyz. BO.

Pag. 73. Βραχύ) Βρ. τι. REISK.

Pag. 73. Καιρὸν ἔχ. καὶ μέτρον) Dictum per ἓν διὰ δυοῖν pro καιρὸν παραμεμετρημένον τῇ πανηγύρει. ABR.

Pag. 73. Ἀνακωχήν) Nihil varietatis enotatum fuit e codice. De vocis orthographia cf. Piers. ad Mœr. BO.

Pag. 73. Ἑκάτερος—ἐποιοῦντο) Sambuc. ut codex,

ἐπιοῦντο. Correxit prior Mercerus. BO. Vir doctus apud Dorv. ἑκατέροις. ABR. ἑκάτεροι. REISK. Polyzoïs edidit ἑκάτεροι. Corrigunt citra necessitatem : ἐποιοῦντο non absonum est post ἑκάτερος. Planudes in versione Met. I. p. 21. πίπτουσιν ἑκάτερος : ubi not. BO.

Pag. 73. Τὴν ἑορτήν) ἣν Νηληΐδα κλήζουσιν, Polyænus ait VIII. 35. ex Neleo conditore; et consentit Plutarch. l. c. BO.

Pag. 73. Κόρη γάρ) Omisit γὰρ in versione Mercerus; reddere debebat *nempe*. ABR.

Pag. 73. Φύσει τε καὶ κάλλει κὰκ τῆς Ἀφ. ἐπ. κοσμ.) Scribe, φύσει τε καλὴ κὰκ—Simile illi in prima, εὖ μὲν ἐδημιούργησεν ἡ φύσις, κάλλιστα δὲ πάντων ἐκόσμησεν Ἀφροδίτη. MERC. Κάλλει πάσης Ἀφροδίτης. REISK. Locus integer et sanus : » indole et pulchritudine ab ipsa » Venere splendidius ornata. » PAUW. Nihil temere mutandum : κοσμηθεῖσα φύσει τε καὶ κάλλει καὶ κοσμηθεῖσα ἐκ τῆς Ἀφρ. Non puto tamen nos Auctoris manum habere; et Mercerus scopum tetigisse videtur. Polyzoïs semper audax edidit, κάλλει ἐκ τῆς. BO.

Pag. 73. Τοῦ Μυοῦντος) Hæc nomina in οῦς masculina sunt. Plut. l. c. ἔν τισιν ἑορταῖς ἐφοίτων εἰς Μίλητον ἐκ τοῦ Μυοῦντος αἱ γυναῖκες. Philostr. Her. p. 20. εἰς Ἐλεοῦντα τοῦτον. BO.

Pag. 73. Θεοῦ—διεπούσης) Virgilius : » ponuntque » ferocia Pœni Corda, *volente deo.* » MERC.

Pag. 73. Ἐχώρουν) Pauwius conjicit ἐχώρει, et mox addit ἐτρώθη post ἐπὶ τῇ κόρῃ. Et quidam apud Dorvill. Van. p. 607. ἐχώρει. Pessime : ἐχώρουν, virgo nempe et Phrygius. Σχῆμα est Ἀλκμανικὸν, monente ibidem Dorvillio. BO.

Pag. 74. Ἐπὶ τὴν κόρην τὴν πρώτην αὐτ. φανεῖσαν) Editiones : ἐπὶ τῇ κόρῃ τὴν—φανεῖσαν. Nihil e codice notatum est. BO. Melius φανείσῃ. Τὴν πρώτην accipio, ut solet τὴν ταχίστην, ἐπιῤῥηματικῶς. Sed omnino aliquid deest, ut multi sunt ejusmodi defectus in his Epistolis. MERC. Labes haud difficulter eluetur, si scripseris vel τὴν κόρην, vel τῇ κόρῃ, retinens φανείσῃ. Prius, cujus interpolandi causa aperta, ipse eligam ; nec offendunt me coacervati accusativi. Sensus est : » mentem saucius super » puellam primam illico ab eo conspectam, » sive » pri- » mam apparentem. » Nam probabile est in pompa virgines ad templum processisse, atque Pieriam forma præstantem, ut Anthia ap. Xen. Ephes. 1. p. 3, illam duxisse. Tollius, φανείσῃ, qui addebat nihil deesse. ABR. Dorvill. Vann. pag. 607. invenit in margine sui libri, τὴν πρῶτον (Et Huetius sic : ἴσως· πρῶτον). Ipse proponit, τῇ πρῶτον αὐτίκα φανείσῃ. Nihil tamen mutari velit, nisi φανεῖσαν in φανείσῃ. Malui servare φανεῖσαν, cujus mutatio in φανείσηι difficilior paullo est, quam dativorum τῆι κόρηι in τὴν κόρην. Abreschius syntaxin hanc τῆς ἐπὶ defendit ; atque cum eo de sensu verborum τὴν πρώτην facio. BO.

Pag. 74. Συνῆλθον εἰς εὐνήν) Cf. Palair. Observ. p. 2.

Ovidius M. 4. 182. » Ut *venere torum* conjux et adult
» *in unum.* » BO.

Pag. 74. Ἐναφροδισιάσας) Hoc restitui pro ἐναφροδιάσας. Vir doct. ap. Dorvill. ἐπαφροδιάσας : alius ibid. συναφροδιάσας. II. 1. ἐναφροδισιάσαι τινί. ABR. Cod. ἐναφροδιάσας. BO.

Pag. 74. Ἀποδοῦναι) Sambuc. ἀποδοῦαι, vitio typographico. Correctionem non statim recipere ausus fuit Mercerus; recepit tandem in tertia; et quarta, forsan, quam ignoro. Cod. ἀποδοῦναι. BO.

Pag. 74. Τί—χαριέστατα) Viro d. ap. Dorvill. χαριέστατα est ἐπίῤῥημα, vel legit τίνα. Non inobservatum prætermittas τί χαριέστατα, non χαριέστατον, ut τί ψευδῆ in Æsch. Agam. 1009. ABR. Est omnino adverbium ut τί μάλιστα, et alia. BO.

Pag. 74. Διπλασίαν) Διπλασίαν ἂν. REISK. Male. BO.

Pag. 74. Ὅρμος) Glossa codicis : εἶδος κόσμου. BO.

Pag. 114. Ἀπλ. ἀφελοῦσα) Sic edi jussi pro ἀφελέσῃ, et inserto articulo τὴν qui deerat. In margine secundæ Merceri, typothetæ, ut videtur, errore, legitur ἀφελούσῃ. Margo quartæ [et tert.] habet ἀφελέσθαι. Vir d. ap. Dorv. corrigebat αὐτῆς vel ἀπ' αὐτῆς ἀφελέσθαι. ABR. Cod.

ἀσθενὲς ἀπλήρωτον ἀφελέσθη. Bastius τὴν ἀπλ. ἀφελοῦσα recipi volebat. BO.

EPISTOLA XXVI.

Pag. 114. Πρὸς ὀρχηστρ.) Habes integram descriptionem τῆς τῶν παντομίμων ὀρχήσεως, cujus, sub Augusti imperio, Pylades et Bathyllus primi auctores et inventores fuerunt: quare etiam Athenæus I. 17. eam Ἰταλικὴν ὄρχησιν vocat, etc. LAMB. Differt hæc inscriptio a ceteris titulis, argumentum enarrantibus. Adparet enim similem esse ejus quam hodie dicimus *eine addresse*. Cum Mercero verti *pantomimam*. Nam in hoc saltationis genere, priscis Græcis incognito, atque sub Augusto imperatore invento (prout diserte tradit Lucian. de Salt. t. 2, pag. 287.), excellere fingitur Panareta. BAST. Elegans epistola et referens ante oculos pantomimorum gestum ac morem, de quibus nos plura alias. Nunc dicam hoc tantum, pantomimos græco vocabulo dictos Italis, qui Græcis ipsis χειρονόμοι, quod manibus omnia effingerent: nam verum est præcipuam illis artem in manuum artificioso motu, quamvis et pedum, totiusque corporis amminiculo ad exprimenda omnia uterentur. Id fiebat ita ut repræsentarent notam quamdam et nobilem personam, in quam scriptum esset canticum a poeta; ita enim Latini proprie quod Græci ὑπόρχημα: Plinius; Macrobius [Sat. II. 7.]

ma personam primum veste ipsa referebant, ut in Vel-
io [II. 83. 2.]: »Plancus quum cæruleatus et nudus, caputque redimitus arundine et caudam trahens, genibus innixus, Glaucum saltasset in convivio,» etc. scilicet, estitu effcto in numen maris. Deinde saltantes ad numerum, manibus, pedibus, eorumque ac totius corporis contractione aut extensione, singulos versus, singula verba cantici referebant. Macrobii ea de re caput integrum, dignissimum lectu, ubi de Bathylli ac Pyladis altercatione, ad quem te mitto, Lector. Saltare id Latini dixere, Græci ὀρχεῖσθαι, quod erat exprimere motibus corporis verborum sensus: unde apud Secundum in Ep. [IX. 34.]: »me non minus male saltare quam legere,» quod non intellexere qui rescribserunt *notare*. Et apud Achillem Tat. III. [10.]: ἱκετεύειν με χρὴ τοῖς νεύμασι, καὶ τὴν δέησιν δηλοῦν ταῖς χειρονομίαις· ὢ τῶν ἀτυχημάτων! τὸν θρῆνον ὀρχήσομαι. Ejusdem Secundi de Numidio Quadrato legenda Epistola [VII. 24.], et adnotandus Sidonii locus, quem mox exscribam, de Caramallo, item Apuleii in Apologia, et liber Lueiani περὶ ὀρχήσεως, ubi plura de hac re. Juvenalis [VI. 63.]: »Chironomon
» Ledam molli saltante Bathyllo.» Ubi vides utrumque latinum et græcum; χειρονόμος saltat. Idem rursus junxit [V. 120.]: »Structorem interea, ne qua indignatio desit,
» Saltantem videas et chironomonta volanti Cultello.»
Saltantem et χειρονομοῦντα, prorsus idem. Translati scilicet isti artifices a theatro ad convivium, ubi ad numerum saltarent, et moverent scissorium illum gladium; quod

Petron. [c. 36.] in eadem re dixit : » ad symphoni[...] » gesticulatus lacerabat opsonium. » Scio imposuisse vi[...] magnis locum Juvenalis quasi structor dictus fuisset etiam *Chironomon*. At in eo scriptum est *saltantem et chironomonta* συνωνύμως, non *structorem et chironomonta*: quod nomen Carpo illi Petroniano non magis adstruit Juvenalis hic locus, quam Sidonii [IV. 7.] ille alter quem addunt : » inter Apicios et Byzantinos *chironomontas* : » nam et ibi nihil aliud quam *saltantes*. Sed de tota ea re alibi latius. MERC. Huc pertinent quoque loquendi formula, *canticum saltare* (vid. Valcken. ad Adon. p. 390.) ap. Macrob. l. c., et Apuleianum Met. X. pag. 235. *solis oculis saltare*, quod mirum videri debet nostris hominibus, qui nihil fere saltationis noscunt, nisi id quod pedibus fit. Liban. t. 3, p. 352. τοσαύτη δὲ ἄρα κοινωνία λόγων τε καὶ ὀρχήσεως, ὡς ἐποίει (Cod. 90. ὥστε ἐποίει) μὲν ὁ Πίνδαρος, ὠρχεῖτο δὲ ὁ Πὰν τὸ ᾆσμα. Ad Achillis locum in nota Merceri, cf. Heliod. VI. pag. 275. γόοις ὑπορχησώμεθα. Restituo verbum χειρονομέω Luciani Scholiastæ t. 7, p. 89. ubi χειροτονούντων : lege χειρονομούντων. Adde Vinc. Requeno *scoperta della Chironomia* part. 2. c. 2. p. 71. BAST.

Pag. 114. ΣΠΕΥΣ.) Fictum nomen ad cursoris publici munus, de quo sub Epist. finem, ut et Παναρέτη ad hujus feminæ præcellens artificium. BO.

Pag. 114. Τὴν σὴν χάριν) Cod. cum editt. τὴν χ. Merc. in versione *tuam* exhibet; quapropter τὴν in σὴν mutat

llius, et σοῦ τὴν legendum censet vir d. apud Dorvill. od dedimus ad normam linguæ scriptum est et Auctoris perpetuum usum : II. 2. ταῖς σαῖς χάρισιν — τὸ σὸν λος. II. 7. τὴν σὴν εὐμορφίαν. I. 24. τὴν σὴν ὥραν. Sic Achille Tat. v. p. 353. ἐμοὶ χαρίσαι τοῦτο, Κλειτοφῶν, (adde cum cod. Veneto 409. σῷ) μυσταγωρῷ. Alc. II. 102. εἰς τὴν (σὴν, ita cod. Vat.) ἀρέσκειαν. BAST. Olim Millini Horreo Encycl. ann. 4. t. 3, pag. 218. volui ntum, ut Tollius, mutare τὴν in σήν : nunc amplexus m Bastii lectionem, melius confirmatam. In Timone men Lucianeo 34. pro τῶν εὐχῶν Hemsterh. proponit ntum σῶν εὐχῶν. Num reponemus et hic τῶν σῶν εὐχῶν? Joannis Scala pag. 414. pro τοῦ σοῦ συζύγου, edita lectione, cod. Reg. 1166. habet τοῦ συζύγου. BO.

Pag. 114. Ἀνὰ στόμα φερόντων) Eunap. pag. 42. τὸν Εὐστάθιον διὰ στόματος φέρειν. Isidor. Pel. v. 387. Πλάτων ν ἀεὶ ἐπὶ στόματος φέρεις : 477. σοφὸν ἔγωγε ἡγοῦμαι οὐ ὸν... τὰς τῶν σοφῶν τερθρείας, ὡς νομίζεις, ἐπὶ γλώττης ἔχοντα. Forsan, ὧν νομίζεις, nempe τῶν σοφῶν : illorum » sapientium, quos tu sapientes esse opinaris. » De locutione cf. p. 247. BO.

Pag. 114. Παρέστησε πρῶτον) Toll. πρῶτον ἡ τύχη. — Verti debuit : » nunc vero præsens se præbuit conspiciendam. » Intelligitur ἑαυτήν. Hesychius : Παρέστησε, παρεγένετο. ABR. Jure Abresch. reprehendit Mercerum. Verum de παρέστησε valde dubito. Reisk. non male παρέστης. Forte, παρέστησα (sic infra pro depravato in co-

dioe ἀπελήλυθε reponi debere ἀπελήλυθα quisque [illegible] attentior), eo sensu quem exhibet Hesychii glossa, et [illegible] frequentissimum est παρέστηκα : » nunc vero [illegible] » *adstiti*, *adfui*. » Lucian. t. 8, p. 274. αὐλοῖς παρα[illegible] βοῶσι. Tollii emendatio ejus modi est, ut si membr[anarum] testimonio confirmaretur, omnino eam amplecteremur. BAST. Bastii conjecturam παρέστηκα memini me sequi, quum olim Aristænetum gallice verterem. BO.

Pag. 114. Ἢ καὶ πλέον) Sambuc. et Mercerianæ ἢ, sicque codex. BO. Mercerus [conjecit] ἦ καὶ πλ. non bene. Scrib. ἧ κ. πλ. *profecto eo magis*. PAUW. Recte Mercer. ἧ. i. e. διὸ, *quapropter*. ABR. Abr., Polyzoïs et Bastius ediderunt ἧ. BO. Tamen hujus ἧ tanta non est fiducia nostra, ut pro verissimo declarare simus audaces. Lucian. D. Mar. 1. ἧ καὶ μόνῃ ἐμοί. At codex Vatic. 87. istud ἧ omnino omittit. BAST.

Pag. 114. Μᾶλλον ἢ κατὰ φ.) Elegans usus est præpositionis κατὰ in comparationibus. Longus III. p. 87. μείζονα ἢ κατὰ ποιμαίνουσαν κόρην δῶρα. Plura dabit Villois. ad Long. IV. p. 290. Cf. Wagn. ad Alciphr. t. 1, p. 94 [et Bergl. I. Ep. 17.] *Racine, Phèdre* II. 2. »Qu'à bon droit » votre gloire en tous lieux est semée! Et que *la vérité passe la renommée!* » ubi Luneau de Boisjermain : » la » reine de Saba fait dans l'Écriture Sainte un éloge sem» blable de Salomon : *major est sapientia et opera tua* » *quam rumor quem audivi*. III. Reg. 10. 7. » BAST.

Pag. 114. Ἠράσθη ; Πολ. Ἀφρ.—κοσμουμένη) Sambuc.

Mercer. ἠράσθη Πολύμνιαν; Ἀφροδίτην ἔχ. οἱ Θεοὶ, ἐκ. ᾶς ὡς ἐφ. ὑποκρίνειν παρ' αὐτῷ κοσμουμένη. Codex sic, ater ultima quæ exhibet αὐτῷ κοσμουμένη. BO. Omno ita distinguendum et scribendum: τίς ἰδ. οὐκ ἠράh; Πολύμνιαν, Ἀφ. ἐχ. οἱ Θεοί· ἐκ. ἡμῖν, ὡς ἔφατον, κοκρίνεις ὑπ' αὐτῶν κοσμουμένη. Duo laudat in muliere, rmam et artem; nam quod dixerat initio, fama celecatam ipsius τὴν χάριν, id postea ait, μᾶλλον ἄγαμαί σε ῦ κάλλους, et in fine ὑπερφέρουσα καὶ τέχνῃ καὶ κάλλει. leo forma ait referri Venerem, arte Polymniam, quæ ilicet et lyricorum omnium princeps; in quis τὰ ὑπορήματα, et speciatim hujus artis. Lucianus περὶ ὀρχήσεως· ρὸ πάντων δὲ Μνημοσύνην, καὶ τὴν Θυγατέρα αὐτῆς Ιολύμνιαν ?λεων ἔχειν αὐτῇ πρόκειται: ubi commode ad uum propositum notat Polymniam præsidere huic arti, uia memoria maxima opus pantomimis, quis effingenda mnia quæ unquam fuere. Cassiodorus Variar. IV. 51. » His sunt additæ Orchistarum loquacissimæ manus, linguosi digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quam musa Polymnia reperisse narratur, ostendens homines posse et sine oris adfatu suum velle declarare.» In Carmine de Musarum inventis [Anth. Latin. I. 74]: » Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.» Quod non intellexere qui ad rhetoricam retulerunt (1). Et hic

(1) Firmat Nonnus Dionysiacis, notante Salmasio: καὶ παλάμας ἑλίκιξε Πολύμνια μαῖα χορείης. SCHURTZ. Adde Jacobs. ad Epigr. in Musas Anal. t. 10. p. 417; Meurs. Orch. cap. de χειρονομίας. BO.

versus docet Ausonii esse id carmen potius quam Vi[illegible] cujus ætas repertæ nuper arti nondum attribuerat [illegible] sidem musam. Et hanc intelligit Leontius Schol. in A[illegible] [in Anal. Ep. 7.]: Θῆλυς ἐν ὀρχηθμοῖς κραΐει φύσις· ε[illegible] κοῦροι· Μοῦσα καὶ Ἑλλαδίη τοῦτον ἔθεντο νόμον· Ἡ μὲν πρώτη κινήσιος εὕρετο ῥυθμοὺς, Ἡ δ᾽ ὅτι τῆς τέχνης [illegible] ἐς ἀκρότατον. At Schol. Apollonii [III. 1.] τὴν Erato [illegible] præsidem τῆς ὀρχήσεως. MERC. Non male Mercerus; [illegible] melius, ni fallor, ego: τίς οὐ τεθ. σ᾽ ὀρχουμένην; τίς [illegible] οὐκ ἠράσθη Πολύμνιαν, Ἀφροδίτην; ἔχουσιν οἱ θεοὶ ἐκεί[illegible] ἡμεῖς, ὡς ἐφικτὸν ὑποκρίνειν, παρ᾽ αὐτῷ κοσμουμένην. [illegible] » adumbrare licet, ut referre pote, » ὡς ἐφ. ὑποκρίν[illegible] Παρὰ aliquando comparat: » ad eas adornatam et facta[illegible] Αὐτῷ dualis est. PAUW. Tol., Πολ. καὶ Ἀφρ. Tum legeb[illegible] ὑποκρίνεις παρ᾽ αὐτῶν κοσμουμένη. Lego, ἡμῖν — ὑποκ[illegible] νεις σὺ παρ᾽ αὐτῶν κοσμουμένη. Merceri emendation[illegible] probat Barth. Advers. XX. 21. ABR. Ὑποκρίνει legend[illegible] more Attico pro ὑποκρίνῃ. REISK. Præclare; quod nulla activi ὑποκρίνειν exempla suppetant. Sigma adhæsisse videtur ex σὺ quod conjeceram inserendum. ABR. De forma Πολύμνια Santen. ad Balb. (Comm. Soc. Lips. t. II. part. 1. p. 158). Forma Πολύμνεια suspecta. Qui inserta copula Πολ. καὶ Ἀφρ. legere mavult Tollius, animum ad scriptoris usum parum advertit [Cf. pag. 240, 251.]. Reiskianam secutus sum conjecturam ὑποκρίνει. Cf. II. 18. extr. Ὑποκρίνειν verbum esse videtur græcitatis medii ævi: cf. Cang. v. Κακοφορᾶσαι. Παρὰ vero retinui, quoniam subinde, pro ὑπὸ a Mercero proposito, occurrit: II. 10.

cr., II. 18. [cf. Bast. Ep. Crit. pag. 156.] BAST. In teris Bastio et Mercero parens, scripsi tamen ὑποκρίνῃ. um formæ in ει ab hoc libro absunt. Ipse Bastius serius marg. : » præfero ὑποκρίνῃ. V. Reisk. ad Liban. t. 1, p. 78. » Quæsito hoc loco, nihil reperi; sed forsan Baius indicavit editionem formæ quartæ, qua careo, vel it calami lapsus. Polyzoïs, pristinis lectionibus servatis, i fine scripsit; παρ' αὐτῇ κοσμουμένη, quo sensu nescio. O.

Pag. 114. Ὡς ἐφικτόν) Quia de immortalibus loquitur, ν τάς γε ἀληθεῖς εἰκόνας ἀνεφίκτους εἶναι τῇ ἀνθρωπίνῃ ιμήσει, ait Lucianus ἐν τῷ περὶ εἰκόνων. MERC. II. 1. ιμοῦ τὴν σὴν Ἀφροδίτην, ὡς ἐφικτὸν γυναικί. ABR.

Pag. 114. Παρ' αὐτῶν κοσμ.) Ut 20. κἀκ τῆς Ἀφροδίτης οσμηθεῖσα. Et in prima : Λαΐδα κάλλιστα πάντων ἐκόμησεν Ἀφροδίτη. MERC.

Pag. 114. Ὀνομάσω—ῥήτορα;) Omnia hæc ex Luciani libello περὶ ὀρχήσεως· οὐ μὲν οὐδὲ ῥητορικῆς ἀφέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ταύτης μετέχει, καθ' ὅσον ἤθους τε καὶ πάθους ἐπιδεικτική ἐστιν, ὧν καὶ οἱ ῥήτορες γλίχονται· οὐκ ἀπήλλακται δὲ καὶ γραφικῆς καὶ πλαστικῆς. Et quod mox de Proteo est ex illis : δοκεῖ γάρ μοι ὁ παλαιὸς μῦθος καὶ Πρωτέα τὸν Αἰγύπτιον οὐκ ἄλλοτι ἢ ὀρχηστήν τινα γενέσθαι λέγειν. Jam illa quæ in fine, etiam graves ac seriis occupatos debere huic spectaculo tradere se, ex eodem Luciano, cui totus is liber scribtus ut doceat spectandos pantomimos etiam philosophis. MERC. Apud Athen. 14.

6. dicitur λέγειν κατὰ τὴν ὄρχησιν pro exprimere ali- saltando, congruentia saltationis cum eo quod voce e- nitur. LAMB.

Pag. 114. Καὶ πράγμ.) Ut sæpissime ap. Nostrum pro καὶ γάρ. BAST. Cf. p. 356, 489.

Pag. 114. Λόγους παντ. ὑποφ.) Æque belle dicitur ac vere; nam ut singula canticorum verba gestibus exprimerent operam dederunt pantomimi. Exemplum ap. Macrob. l. c., quocum comparasse minime pœnitebit Engeli *Ideen zu einer Mimik*. t. 1, pag. 366. BAST. Potuit quoque scribere ὑφαίνεις: vulgatam tamen non damno. WYTT. neutiquam damnandam, quippe quæ optima. BO.

Pag. 114. Ὑπάρχεις εἰκών) Sambuc., Mercer. et cod. ὑπάρχει. Pauwius proposuit, ex Merceri versione, ὑπάρχεις, receptum ab Abresch., Polyz. et Bastio. Et Bastio ὑπάρχεις placuit. I. 1. init. διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκών. BO. Cf. Barth. ad Claud. p. 838, 1036. ABR.

Pag. 114. Ἀντὶ χρωμ. καὶ γλώττης χειρὶ—) Achill. Tat. V. p. 285. ἡ γὰρ Φιλομήλας τέχνη σιωπῶσα εὕρηκε φωνὴν—καὶ μιμεῖται τὴν γλῶτταν ἡ χείρ. ABR. Ἀντὶ ῥημάτων καὶ γλ. REISK. me neutiquam adsentiente. Contra id non reticendum arbitror vehementem esse suspicionem, cuncta ab Auctore scripta fuisse eo ordine: — ὑποφαίνεις, ἀντὶ χρ. καὶ γλ. χειρὶ πολ. — κεχρημένη· καὶ φύσεως ἀπ. ἐν. ὑπάρχεις εἰκὼν, καὶ οἷά τις Φάριος—Omnia tunc mihi quidem melius et concinnius videntur procedere: ad γὰρ

φεις respiciunt χρώματα, γλῶτ]η ad λόγους. Etc. BAST.

Pag. 117. Χειρὶ πολυσχ.) Pollux, ὀρχηστὴς πολυσχήμων IV. 13. Est enim σχῆμα vox propria in saltationibus. In universum notent tirones vocabula in σχημος non nisi in recentioribus fere scriptoribus inveniri; antiquiores utuntur forma in ων. BAST. Conjeci, πολυσήμῳ. WYTT.

Pag. 117. Ποιχ. ἤθεσι) Τὸ ἠθικὸν quod in pantomimis vel in primis requiritur. Mercerus non satis bene. PAUW. Dubitare nolim quin vocabulum ἤθη (*mores*, *indoles*, hoc loco pro gesticulatione mores et indolem exprimente, positum sit; usum vero hunc e probatioribus scriptoribus probare nequeo. Leontium Schol. ἤθεα πειθοῦς tribuere video saltatrici Libaniæ, ubi vocem obscuram eodem modo accipiendam esse arbitror. Philemo Lexic. v. Ῥέθος· κυρίως τὸ πρόσωπον, παρὰ τὸ ῥᾷον τὰ ἤθη αὐτοῦ φαίνεσθαι. Cf. Valck. Adon. pag. 329; Casaub. ad Theophr. p. 106; Winckelm. *Gesch. d. Kunst.* p. 686; Boissonad. ad Phil Her. p. 427. BAST.

Pag. 117. Πρωτεύς) Cf. Merc. p.575; Erasmus Ad. II. 2. 74; Basilius in Schol. ad Gregor. Naz. p. 83, t. XI. Notit. Mstor.; Basilius Magn. Hom. ad Juven. 21. p. 74. Barth. ad Æneam p. 125. De Proteo sophista δεινοτάτῳ Cresollius Th. Rhet. I. c. 4. Tzetzes Chil. II. Hist. 44. indicatis de Proteo sententiis variis, suam ipse profert: Ἐγὼ δὲ λεκανόμαντιν τοῦτον τὸν ἄνδρα λέγω. Protei mythum lepide explicat personatus Banerius in Popii notis ad Dunc. I. 37. Theophylactus Simoc. Q. Phys. c. 15. τὸν Αἰγύπτιον

Πρωτέα ὁ λόγος ἡμῖν ὑποκρίνεται, πρὸ μικροῦ μὲν τὰς περὶ χορδάκων ὑποδὺς θεωρίας, ἄλλοτε τὰς ἀδάμαντος, εἶτα πρὸς τὰς τῶν ἰδέων μετελθών : cod. Regius 993. pro περὶ recte exhibet τῶν : præpositio hic est glossematica. BO. Lucianus de Salt. vol. 2. p. 279. ἴδοις ἂν οὖν αὐτοὺς (τοὺς ὀρχηστὰς) ὠκέως διαλλαττομένους, καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὸν Πρωτέα. BAST.

Pag. 117. Ἄλλοτε πρὸς ἄλλα μεταβ.) Hæc Meursius in Orchestra refert ad Μορφασμὸν, saltationis quoddam genus peculiare, quod neutiquam verum puto. BO. Psellus de Dæmon. p. 118. ed. Kilon. πῶς δὲ οὐκ ἄλλοτε πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο σχῆμα μεταχωρεῖ. Heliod. 1. p. 55. πρὸς τὰ ἐναντία τῶν πρότερον τὴν ὄψιν συνέβαλεν : cod. Venet. μετέβαλεν. BAST.

Pag. 117. Πρὸς ἄλλα—πρὸς εὔμουσον) Repetitur præpositio. Ita factum aliquando, sed rarius. Erunt qui scripturi sunt, ἐς ἄλλα. Ego nihil mutare audeo. PAUW. De repetitione præpositionis vidimus ad Ep. 22. ABR. Repetita præpositio lectorem græcum minime offendet. Ita enim solent scriptores elegantiæ maxime studiosi, et non nisi in linguis recentioribus diligentius evitantur negligentiæ hujusmodi. BAST.

Pag. 117. Ὑπορχημάτων) Cantica, ad quæ saltare choros olim fuit in usu, dicta ὑπορχήματα, cujusmodi multa scribta Pindaro veteres grammatici docent. Tandem inventa pantomimorum saltatione, proprie iis accommodatum hoc genus cantici, cujus, ut dixi, singula verba

exprimere illi debebant suis gestibus, ut illud apud Macrobium [l. c.], τὸν μέγαν Ἀγαμέμνονα, quem Pylades erectus in primores pedum digitos ingentem velut metiebatur, Bathyllus contractum et cogitabundum referebat. Inventa autem saltatio hæc sub Augusto: Tacitus [Ann. I. 54.]; Suidas. Vide quæ ad Tacitum Lipsius, et adde Lucianum, qui in ea re disertus auctor. MERC. Vide Phot. in Exc. ex Procli Χρηστομ.; Etym. M. voce Προσῴδιον; Eustath. in Od. θ'; Athen. 14. 6. LAMB. Cf. Interpp. Procli Chrestom. p. 445. ed. Gaisford.; Muller. ad Platon. Ion. p. 69. BO.

Pag. 117. Ἀνέστηκέ τε ὀρθός) Ut solet quum quid placet. Propertius [III. 16. 18.]: » *Stantia*que in plausum tota » theatra juvent. » Arnobius IV: » conclamant, et *adsur-* » *gunt* theatra; caveæ omnes concrepant fragoribus atque » plausis. » Cicero in Lælio: » *stantes* plaudebant in re » ficta, » quod non alio trahendum: nam verum est stetisse olim in theatro, non sedisse: Tacitus [Ann. 14. 20.], Valerius [II. 4.], alii. Sed Pacuvii ætate jam sedebant, ut ex Plauto videre est, qui incurrit in eadem tempora [cf. Avellin. ad Plaut. Capt. p. 133.]. MERC. Adsurgit, prout solent, cum quid placet, hodierni quoque spectatores, non sine eorum molestia qui a scena sedent paulo remotiores. BAST.

Pag. 117. Φωνὰς ἀμοιϐ.) Mihi haud improbabile videtur clamorem innui spectatorum, laudes vel alia quævis saltatrici inclamantium. Adclamationes istæ dicuntur ἀμοιϐαῖαι, quia nunc ex hac, nunc ex altera parte audiebantur;

et ἐμμελῶς ad canoram magnamque vocem spectat. Possis forte vel de eo cogitare, spectatores notum quoddam canticum cecinisse una cum choro, quemadmodum nos, septem abhinc annis, Schilleri fabulam, *die Räuber*, Vimariæ agi videntes, non sine magno nostro stupore animadvertimus elegantissimos Academiæ Ienensis cives, qui in theatro adfuissent, una cum prædonibus scenicis præclara illa verba decantasse, *eine freyes Leben führen wir*; id quod sane populo græco vel romano, qualem describit Lucianus (de Saltat. vol. 2. p. 269.), haud foret indignum. Tamen prior ratio propter græca verba magis placet. BAST.

Pag. 117. Χεῖρε — ἐσθῆτα σοβεῖ) Merceri est correctio pro σοβεῖς. ABR. Philostr. [p. 818.] : καὶ οἱ μὲν τῷ χεῖρε ἀνασείουσιν, οἱ δὲ τὴν ἐσθῆτα. MERC. Et ap. Lucian. de Salt. vol. 2. pag. 314. ἐπήδων καὶ ἐβόων καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀπεῤῥίπτουν, ubi legere mallem ἀνεῤῥ. Spectatores enim non *abjecisse*, sed succussisse, sursum jecisse vestes credibile est : cf. Petav. ad Them. p. 500. BAST. Eunapius p. 129. = p. 73. in re simili : ἀνά τε ἐπήδησεν ὁ ἀνθύπατος ἐκ τοῦ θρόνου καὶ τὴν περιπόρφυρον ἀνασείων ἐσθῆτα : ubi cf. quæ notavi pag. 346. Varro de R. R. 1. præf. » relictis falce et aratro, *manus movere* maluerunt » *in theatro et circo* quam in segetibus et vinetis. » BO.

Pag. 117. Συγκαθήμενοι, διηγεῖται ἄλλος ἄλλῳ) Fieri id amat in omnibus spectaculis. Apuleius Flor. III. » Qui » non adfuerant, percontari ante dicta; qui adfuerant, » recordari audita. » MERC. Loci hujus structuram illu-

strat Dorvill. ad Charit. pag. 565. comparans similia, τὸ ναυτικὸν ἐνεπλήσθησαν et multa alia. Notavi ad Philostr. Her. p. 450; ad Nicet. p. 437. de Græcis præcipue; de Latinis Ruhnken; ad Lup. p. 47. Sed et meliore, puto, interpunctione etiam locum juvi, ut συγκαθ. sit nominativus absolutus. BO.

Pag. 117. Πᾶς θεατής—) Philostr. l. c. de luctatore quem miratur populus: οἱ δὲ αἴρονται ἀπὸ τῆς γῆς, οἱ δὲ τοῖς πλησίον προσπαλαίουσι. Adde Lucian. de Gymn. 4. BAST.

Pag. 117. Καράμαλλον) Olim Bathyllus primas tulit in hac arte, et cum eo Pylades; de quibus Tacitus, Dio, Seneca, Juvenalis, Macrobius, Suidas, alii. At postuma ætate Caramallus, quem ex uno hoc et altero Sidonii loco disces χειρονόμον fuisse, non γελωτοποιόν: in Narbone [268 sq.]: » Coram te *Caramallus* aut Phabaton Clausis » faucibus et loquente gestu, nutu, crure, genu, manu, » rotatu, Toto in schemate vel semel latebit: » ubi videtur ætatis suæ, aut sane non multo anterioris, artifices laudare; discasque inde tempus quo Noster fuit, scilicet post Constantinum; quod et quæ mox de veteri ac nova Roma probant clare. Caramalli mentionem esse etiam in antiqua inscribtione græca monuit me P. Pithœus, et post meam notam alii nobis creduli adseruerunt. Sed enim id in Anthologia est lib. IV. ubi Leontii Epigramma: Μουσάων δεκάτη, Χαρίτων, Καράμαλλε, τετάρτη, Τερπωλὴ μερόπων, ἄστεος ἀγλαΐη, Ὄμματά σοι καὶ ταρσὰ ποδήνεμα, καὶ σοφὰ χειρῶν Δάκτυλα, καὶ Μουσῶν κρείσσονα καὶ Χα-

ρίτων. Quod de hoc nostro Caramallo est, quem male crediderunt ὀρχηστρίδα fuisse, non ὀρχηστὴν, inducti ex primo versu, ubi Μουσῶν δεκάτην eum dicit. Itaque et in lemmate scribendum πρὸς ὀρχηστὰς καὶ ὀρχηστρίδας, et in epigraphe ipsius Epigrammatis, εἰς εἰκόνα ὀρχηστοῦ MERC. Sed nunc editum legitur. e cod. Vat. pro Καράμαλλε, Ῥοδόκλεια. Adi Jacobs. ad Anal. t. 11, pag. 195. BO.

Pag. 117. Τὸν πάνυ, ἀπ.) Samb. et cod. male distinguit' τὸν πάνυ ἁπάντων, ἔχεις. Mercerus labem eluit; locum vero minus accurate vertit. Sensus est : » Caramallum » egregium native imitans, omnia nosti adcuratissime » imitando exprimere. » BAST. Bene quoque vertit Meursius his usus in Orchestra sub Χειρονομία. BO.

Pag. 117. Οὐκ ἀνάξιον) Bene Casaubonus pro οὐκ ἄξιον. MERC. Receperunt Abresch., Pol., Bast. BO. Eamdem labem contraxerat Lucianus D. M. 20. vol. 1. pag. 417. Vide quoque D. Mar. t. 2. pag. 111. ubi editt. bene οὐκ ἄξιον, cod. Vatic. 87. male, οὐκ ἀνάξιον. BAST.

Pag. 117. Ἀνάπαυλα — παιδιά) Παιδιὰ debetur Sambuco; nam in cod. a prima manu legitur παιδία, a secunda παιδεία, marginique inepte adscripta sunt latina verba: » requies fit eruditio interdum. » De permutatione vocum παιδιὰ et παιδεία, nec non de sententia παιδιὰ σπουδῆς ἀδελφὴ, vid. Ruhnk. ad Tim. p. 2. BAST. Verbo tenus desumsit e Platone Philebo p. 80 D. ἀνάπαυλα γὰρ τῆς σπουδῆς ἐνίοτε γίνεται ἡ παιδιά. WYTT. Et conferendus

Aristot. de Morib. ad Nicom. x. 6. ἀναπαύσει γὰρ ἔοικεν ἡ παιδιά. BAST. Lucianus ἐν ἔρωσι [c. 1.] : ἀσθενὴς γὰρ ἡ ψυχὴ διηνεκοῦς σπουδῆς ἀνέχεσθαι· ποθοῦσι δ' οἱ φιλότιμοι πόνοι μικρὰ τῶν ἐπαχθῶν φροντίδων χαλασθέντες εἰς ἡδονὰς ἀνίεσθαι. MERC. Locum Philebi jam indicaverat Salmas. apud Schurtz. Ad rem cf. Manassis Fragm. VII. 1. ubi not.; Lucian. init. Veræ Hist.; Aristot. Pol. VIII. 2, 4; Gregor. Naz. Or. 28. pag. 478 A; Syrum 51. ubi Gruter.; Fontainium non longe ab initio Psyches Amorum. BO.

Pag. 117. Ἱππεύς) Eques publicus, hujusmodi fere qualem hodie in vernacula *einen staats courier* vocare solemus, esse fingitur Speusippus. Videndus de hoc serioris ævi officio Spanh. de P. et U. N. t. 2, p. 561, cui nihil habeo quod addam præter locum Zosimi II. 6. ubi mentio fit τῶν ἵππων οὓς τὸ δημόσιον ἔτρεφεν. Julianus Ep. 12. σπεῦδε, δημοσίῳ χρησόμενος δρόμῳ, quod vertunt, » publicis equis utere. » BAST. Adde de re vehicularia publica cursoribusque publicis, Sirmond. ad Sidon. I. Ep. 5; Histor. Acad. Inscript. t. 12, pag. 147; Colleschi Diss. *sulle poste degli Antichi* (cf. Acta Erudit. 1751.). BO.

Pag. 117. Διελήλυθα) Merceri est pro vitioso in codice primaque editione διελήλυθε. BAST. Cf., p. 572, 1.

Pag. 117. Νέᾳ τ. πρεσβυτέραν ἰ. Ῥώμην) Bysantium et Roma. Legitur et ἡ πρεσβυτέρα Ῥώμη ap. Tzetz. Chil. 5. 101, et παλαιτέρα Ῥώμη Chil. 6. 523. Sozom. II. 3. de

Constantino : νέαν Ῥώμην Κωνσταντινούπολιν ὠνόμασεν. Cf. Manasses Chron. pag. 48 D; 54 C; 71 fin. etc. In Epigr. 58. de Statuis Athlet. est ὁπλοτέρη Ῥώμη. Cf. Beck. Dissert. de loco Zonaræ p. vij ; Douza ad Acropol. Chron. p. 61. BO.

Pag. 117. Καὶ τοιαύτην—τεθ.) Ἀλλὰ τ. REISK. At sæpe καὶ vicem obit τοῦ ἀλλά. ABR. Reiskius temere : cf. Abresch. Diluc. p. 470. BAST. Musæus 74. Καὶ Σπάρτης ἐπέβην — Τοίην δ' οὔπω ὄπωπα νέαν — quem locum Aristænetum sibi imitandum proposuisse suspicatur Schrad. ad Mus. c. 10. ABR.

Pag. 117. Εὐτυχοῦντες) Ita converti [» beati quibus » Fortuna Panaretam dedit! »], ut, velut in græca oratione, dubium sit, utrum innuantur amatores Panaretæ an in universum ii in quorum urbe degat. Priore sensu εὐτυχεῖν exstat I. 1. extr., et in aliis locis. Consule etiam Dorv. ad Char. p. 558. BAST.

Pag. 117. Ὑπερφέρουσαν) Cod. et Sambuc. et Mercer. ὑπερφέρουσα. Conjecturam Merceri ὑπερφέρουσαν receperunt Abr., Polyz., Bastius. BO. Idem Leontius Schol. de Saltatrice : Κάλλει καὶ τέχνῃ πάντας ἐφελκομένη. MERC. Cf. p. 343.

EPISTOLA XXVII.

Pag. 117. Αἰνιττομένη) Merc. *insultans*; quo jure non video. An ἀκκιζομένη? Vulgata non dicit quod debet.

PAUW. Recte Mercerus. Αἰνίττομαι, *obscure loquor, comparationem instituo*, quæ si tendat ad risui exponendum quidpiam, est *irrideo, insulto*. Socrat. Hist. 7. 22. κατὰ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ αἰνιξαμένων αὐτόν : i. e. ἐμπαισάντων. Sozom. 4. 17. ὑπηνίττοντο δὲ, μᾶλλον δὲ φανερῶς διέβαλλον τὸ ὁμοούσιον. Noster II. 12. τὴν ἄσωτον ὑπαινίττομαι. Etc. ABR. Hinc p. 118. pro *irrisione* ponitur αἴνιγμα, in cujus vicem αἴνιξις usurpatur ab Epiphanio t. 1, p. 395. BAST.

Pag. 117. Διὰ γυν. παριόντος) Consimili plane modo Athen. VI. pag. 256. οὗτος διὰ τῆς παραλίας μετ' ὀλίγων στείλας. Evagr. VI. 11. δι' αὐτοῦ παρῄεσαν. Sozom. III. 21. παριόντα γὰρ αὐτὸν τότε δι' αὐτῶν. Vid. ad Xenoph. Eph. p. 246. BAST. Cf. p. 416.

Pag. 118. Πρὸς ἐκ.) Male ad παρισταμένη traxit Herelius. BAST.

Pag. 118. Παριστ. πλησ.) Hæc jungere amat : vide II. 7. 18. Lucian. t. 5, p. 275. παρεστῶσα πλησίον ἡμῶν ζάκορος : t. 7, p. 190. παραστησάμενος πλησίον. In Luciano t. 2, p. 115. lege cum cod. Vatic. ἔτυχε γὰρ πλησίον που παρὼν, loco vulgati ὤν. BAST.

Pag. 118. Εὐπάρυφον) Emendet lector vitium typicum, εὐπάρυφου. Editt. et cod. εὐπάρυφος. Mutavit jam Bastius, ut vides. BO. Quid εὐπάρυφος, ubi ποικίλον sequitur? Leg. εὐπάρυφον : nisi malueris ποικίλος. PAUW. Minus commode adolescentulus diceretur εὐπάρυφος, quod alioqui utique fieri potuisset (vid. Luc. D. Mer. vol. 3,

pag. 280.), atque substantivo θερ. adcommodandus [...] videtur probabiter corruptus ille εὐπάρυφος. Sanius h[...] disputantem Pauwium præcessit Merceri versio. Conjecturam ποικίλος, viro doct. sublectam (vid. Vann. Crit. p. 513.) vix operæ pretium est ut commemorem. BAST. Codicis glossa, εὐκατέργαστος. Forsan, ὡς εὐπάρυφος! τὸ θερ.——Certior tamen visa est emendatio. Exempla vocis εὐπάρ. de homine dictæ excitant interpp. Alc. 3. 42. Lucianus Dem. 41. ἰδὼν δέ τινα τῶν εὐπαρύφων ἐπὶ τῷ πλάτει (cod. Reg. 3010 κάλλει, minus bene) τῆς πορφύρας μέγα φρονοῦντα, κύψας αὐτοῦ πρὸς τὸ οὖς, καὶ τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος, καὶ δείξας, ἔφη, τοῦτο μέντοι πρὸ σοῦ πρόβατον ἐφόρει, καὶ ἦν πρόβατον: malim ejusdem codicis ordinem: δείξας, τοῦτο μέντοι, ἔφη. BO.

Pag. 118. θερίστριον) In Theocrito 15. 69. est vestimentum muliebre: cf. ibi Valcken. Philo Carpas. ad Cantic. 5. 7. θέριστρον λέγει τὸ λεγόμενον μαφόριον. Adde Millin. Mon. Ined. t. 2, p. 259. et quæ notavi ad Eunap. p. 186. BO.

Pag. 118. Ποικίλον—γραφαῖς) Philostratus Ῥοδογούνῃ [Icon. II. p. 816.]: ἡδεία δὲ τῇ ἀναξυρίδι καὶ παρεχομένῃ γραφὰς ἀπὸ κερκίδος. MERC. Plato Pol. 8. ἱμάτιον ποικίλον, πᾶσιν ἄνθεσιν πεποικιλμένον. Tum γραφὴ de textura dicitur, velut apud Achill. Tat. v. 3. Φιλομήλα—ἐδείκνυε τῶν ὑφασμάτων τὰς γραφάς. Sunt enim αἱ ἀπὸ κερκίδος γραφαὶ imagines radio textorio æstivæ vesti intextæ. Vide Wart. ad Theocr. 15. t. 2, pag. 186. BAST.

Pag. 118. Περὶ καλήν) Cod. et Samb. περικαλλῆν, quod

prima edit. correxerat Mercerus. Postposito articulo sensus Reiskius (solemnis ordo foret π. τὴν κ. ἀσχ. κόμ.) gere maluit π. καλλονὴν ἀσχ. τῆς κόμης. Lucian. t. 4, . 219. ψιλὴν παρέξει τὴν ψυχαγωγίαν : p. 223. τραχεῖ ερεινηχούμην τῷ κύματι. Liban. Ep. 62. καλὸν ᾖσε τὸ προοίμιον. BAST.

Pag. 118. Ἔρωτος ἴδιον — διακοσμεῖσθαι) Char. VI. 4. ἔστι γὰρ ἴδιον ἔρωτος τὸ φιλόκοσμον. Cf. p. 476, 4. BAST. Nemesian. Ecl. 2. 9. » Hinc amor, et pueris jam non pue» rilia vota, Quis anni ter quinque hiemes, et *cura ju-* » *ventæ* : » i. e. qui jam corpusculum curabant et formosi videri merebant, comamque et vestes neutiquam negligebant: Wernsdorf. erravisse puto, qui *curam juventæ* intelligit de conjugii desiderio. Et huc referam » Pascimus » et crinem » ibid. 78. BO.

Pag. 118. Καὶ εἰ) Notandum καὶ εἰ, Latinorum *etsi*, loco usitatioris εἰ καί. Cf. Brunck. ad Apoll. IV. 1655; Schæf. ad Long. p. 355. et Melet. p. 34. Permulta adscribere possemus exempla si hujus loci censeremus auctaria facere Hoogeveenii qui Doctr. Part. c. 14, 2. unicum exemplum ex Iliade adferri posse putavit. BAST.

Pag. 118. Ἑαυτῶν) Maculam eluit [conjectura] Merc., quum legeretur ἑαυτόν. ABR. Receperunt ἑαυτῶν Abr., Polyz. et Bast.

Pag. 118. Ἀποστρέφομαι) Philo ap. Lœsn. Observ. ad Matth. 5, 42. ubi multus est de hac notione hujus verbi; Philo igitur de Decal. p. 762 B. ἀποστρέφεσθαι καὶ μισεῖν

τὸν ἄνδρα. Alc. II. 1, 8. ἀποστρέφομαι ὡς τὸν ἥλιον, ἐπιχαῶ τὰ ὄμματα : qui locus frustra Wagnero suspec fuit. Cf. Kuin. ad Dem. Cydon. p. 127. BO.

Pag. 118. Φυσῶν αὐτὸς ἑαυτόν) Pers. 4, 24. *Suffla* LAMB. Vide ibi Casaub. Persius et 2, 27. » an decem » *pulmonem rumpere ventis* Stemmate quod Tusco ra » mum millesime ducis. » Cf. Noster II. 6; interpp. ad Alc. I. 37, 37, ubi φυσῶν ἑαυτὸν ὁ λάσταυρος : Schott. ad Suid, Adag. p. 508. Menander Gubern. ὦ τρισάθλιοι, Ἅπαντες οἱ φυσῶντες ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα! Scribo, ὤ : varietate jam notata. Georgius Lap. in Poem. mor. 124. Τῆς δ' εὐγενείας ὄνομα κεχὸν ἡγοῦ καὶ πλάνον, Τοῖς μὲν σοφοῖς γελώμενον, φυσῶν τοὺς ἀσυνέτους. Ibid. 526. Μὴ φυσηθῇς ὑπέρογκα καὶ τὴν ὀφρῦν ὑψωθῇς, Ἐν τοῖς ποσὶν ἀκροβατῶν καὶ τράχηλον ἐκτείνων. BO.

Pag. 118. Οἴεται μόνος ἀξιέραστος εἶναι ταῖς γ.) Neglecta, quæ est in codice, 4. vel 5. literarum lacuna, ἀξιέραστος ταῖς γ. edidit Sambuc., quem secuti sunt, editores omnes. Probabile est præteritum fuisse infin. εἶναι, quem, quum post γυναιξὶν insertum velit v. doct. ap. Dorvill., quamvis de vocis alicujus defectu a nemine certior factus, in ipsam orationem recipere audemus. BAST. Olim quidem huic interpolationi obloquebar, nunc vero eam admitto. Reiskius, qui de lacuna nihil fuerat odoratus, legebat ἑαυτὸν οἴεται μόνον ἀξιέραστον. Jam οἴεται ἀξιέραστος εἶναι locutio est in Græcis et Latinis non rara. Pindar. P. IV. 57. φάτο δ' Εὐρύπυλος γαιαόχου παῖς ἀφθίτου Ἐννοσίδα ἔμμεναι. Plutarch. Phoc. init. ἔλεγε συγγνώμης ἄξιος εἶναι.

xiæ Auctor 9. φαίης ἂν εἶναι Καλλίου πλουσιώτερος. ita ap. Plut. de Aud. poet. p. 38. Krebs. Ὦ Ζεῦ, τίς αί φησι σοῦ σοφώτερος; Lysias in Erat. t. 5, pag. 416. οσοι δ' εὖνοί φασιν εἶναι. Notissimus Catulli iambus: Phaselus ille — *Ait fuisse* navium *celerrimus*: » ubi er. Horat. II. O. 27. » *Uxor* invicti Jovis *esse nescis.* » O.

Pag. 118. Καί που καί) Sic et II. 7.

Pag. 118. Φίλωνα, τυχόν) Male cod. cum prima edit. et Mercerianis] φίλων ἄτυχον. Quod dedimus debetur Mercero. Ad vim propriorum nominum alludere amat Aristænetus. Cf. I. 3, 25, 28. BAST.

Pag. 118. Φρονῶν — ὅσον) Est e Platonis Symposio § 33.], ubi Alcibiades: ἐφρόνουν γὰρ ἤδη ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. MERC. Vir d. ap. Dorvill. recte corrigit versionem *ætate*, reddens *forma*. ABR.

Pag. 118. Πολλῶ τῷ ὀφθ. βλέπει) Samb., Mercer. et cod. πολλῶν τ. ὀ. βλέπειν. BO. Pro βλέπειν leg. omnino βλέπει. Pro πολλῶν aliud substituendum. MERC. Forte: πολλῶν τ. ὀφ. βλεπόμενος. Non satis arridet? An scribendum igitur? πολλῶν τὸν ὀφθαλμὸν τέρπων. Vis ne tertium? κἀπόλλωνα vel καὶ Ἀπόλλωνα τῷ ὀφ. βλέπων: » Apollo sibi visus; Apollinem referens visu. » Ἀπόλλωνα βλέπειν ut σκύτη βλέπειν, et alia id genus. PAUW. Mercerus in notis edit. secundæ putabat deesse ἀξιῶν. Tollius: σοβαρὸν — βλέπει, idemque vel alius, πολεμικὸν — βλέπει, ad mentem nempe interpretis. Dorvill. sic tentabat: καὶ

πολλοῦ, ὅσον τῷ ὀφ. βλέπειν, φρ. Trillerus: πολλῶν ὀφθαλμῶ vel τοὺς ὀφθαλμοὺς κλέπτων, remittens nos II. 21. ἁρπάζεις τὰ πάντων ὄμματα. — Pro βλέπειν rect jam Mercerus βλέπει: nil requiram ultra quam πολλῷ. Sic habebimus πολλῷ τῷ ὀφθ. βλέπει de homine arrogante ac confidente. Polyæn. II. 1. 14. Agesilaus μόνος, ἄοπλος, ἀτρέπτῳ καὶ πολλῷ τῷ προσώπῳ πρὸς τὸν λόφον ἐλθών. Heliod. VI. p. 269. ἐπὶ τὴν Ἰσιάδα σπευστέον ἤπου (ita cod. Palat. pro edito εἴπου) [et sic Venet. notante Bastio; ediditque Corayus ἤπου] με νῦν πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖ, i. e. » *crebro* circumspicit num veniam. » Apul. VIII. Mil. p. 156. » *multo* dente laniavit » pro crebris ac repetitis identidem ictibus. Neque aliter πολλαὶ χεῖρες in Callim. H. Dian. 27. ABR. Πολλῷ, » avido, » acriter intento, iterum iterumque injecto oculo. » REISK. Addit v. doctiss. [Reiskius] ante cognitam sibi nostram istam emendationem se in sensum correxisse, πάλλων τὼ ὀφθαλμὼ, » jactans, circumferens oculos. » ABR. Videndus ad Heliod. loc. Corayus, quem in Polyæno vellem reliquisse πολλῷ, quod et ipsi placebat; addito omnino Bastio Epist. Crit. pag. 263. Polyzoïs edidit, καὶ Ἀπόλλωνα τῷ ὀφθαλμῷ ἑαυτὸν βλέπων, audacissime recipiens Pauwii conjecturam, postea etiam male defensam a conjectore ad Æsch. VII. Theb. 53, quam ex inepta fecit, addita ἑαυτὸν, ineptiorem. Ceterum in loco Apuleii Bastius putat *multus* forte dici pro *ingenti*, *grandi*, et adfert Arat. Ph. 643; Platon. Phædr. t. 10, pag. 336; Charit. III. 6. p. 72; remittitque lectorem ad Heind. in

ædr. p. 273; ad Schæf. in Long. p. 352. Equidem facio m Abreschio. BO.

Pag. 118. Φρονήματος—ὀφρῦν) Cf. not. p. 472, 473, hoc usu vocis ὀφρῦς, et locum Lapithæ supra p. 588. i addo alium huncce ex ejus Poem. inedito: ὁ δέ γε υγνοπρόσωπος καὶ καἰωφρυωμένος Τοῖς ἀπαντῶσιν ἀηδὲς πάντημα τυγχάνει. Anglica vox *superciliousness* antiqui poris est et sensus. BO.

Pag. 118. Κάλλος ὑ. κάλλους) Plato in Symp. [§ 24.]: ἀλλος ἀντὶ κάλλους ἀλλάξασθαι. MERC.

Pag. 118. Ἠθικῶς) Cf. pag. 551.

Pag. 118. Καὶ σφ.) Ut sæpissime apud Nostrum pro καὶ ἀφ. BAST. Cf. pp. 356, 489, 557, 576.

Pag. 118. Αἰνίγμασι) Hinc αἰνιττομένη in inscriptione. PAUW. Socrat. H. VI. 13. ἁρπάζει τὸ πλῆθος τὸν λόγον ὡς αἴνιγμα κατὰ τῆς βασιλίδος λεχθέν. ABR. Cf. p. 585.

Pag. 118. Τέρπη) Polyzoïs τέρπου, sine caussa aut auctoritate. Τέρπη dixit, quod hæc esset illius mulierculæ indoles. BO.

Pag. 118. Ερωτομανής) Cod., Samb. et Merc. ἐρωτομανείς. BO. Nonne ἐρωτομανής? PAUW. Et sic margo libri Dorvilliani in Vanno p. 613. Receperunt ἐρωτομανὴς Abr., Polyz. et Bast. BO.

Pag. 118. Διερχεται, μάτην) Editiones omnes διέρχεται μάτην. BO. Μάτην tanquam explicationem vocabuli ἄλλως auferendum jubet Ruhnk. ad Tim. pag. 199. mihique,

propter melius procedentem orationem, ita adridet [...] omissio, ut suspectæ voculæ uncos adposuerim. BAST. Sed meliorem distinctionem ipse, monitus a censore [...]nensi, in Epist. Crit. p. 265. proposuit, et confirm[...], quam et exhibui. BO.

Pag. 118. Ἄδει δὲ ἄλλως) i. e. frustra et incassum canit. In Parœmiis Græcorum [Zenob. I. 72; Diogen. II. 19.]: ἄλλως ᾄδεις· ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων. MERC.

Pag. 118. Ἀμουσότ. Λειϐ.) In Parœmiis Græcorum [Zen. I. 79.]: ἀμουσότερος Λειϐηθρίων· ἐπὶ τῶν ἀμούσων καὶ ἀπαιδεύτων. Λειϐήθριοι γὰρ ἔθνος Περσικόν [πιερικόν, cum Schotto. BAST.] ἐστιν οὔτε μέλους ἁπλῶς οὔτε ποιημάτων ἔννοιαν λαμϐάνον· λέγονται δ' ἀμουσότατοι εἶναι, ἐπειδὴ παρ' αὐτοῖς ὁ τοῦ Ὀρφέως ἐγένετο θάνατος. MERC. Parœmiographorum auctoritate (constanter enim scribunt Λειϐήθριοι) pro vulgato Λειϐηθριῶν excudi curavimus Λειϐηθρίων. Gens Macedonica fuisse dicuntur Libethrii, a Musarum cultu alienissima, quam innuit forte Paus. IX. pag. 769. Musæ *Libethrides* nemini veniant in mentem. Etc. BAST. Cf. omnino Bast. Ep. Crit. pag. 266. Coll. Koppiers. Obs. p. 119. BO. Erasm. Ch. I. 6. 48. HUET.

Pag. 121. Περιττῶς) *Inaniter, frustra*; sic περιττὸν II. 16. Cur in περιττοὺς mutare voluerit Reisk., ego æque parum assequor ac divinare possum quam ob causam cuncta ita verterit Merc. BAST.

Pag. 121. Ἐκπεριτρέχων διαύλους) Vertit Mercerus ut pateat eum tropice accipere quod rectius forsan intelligatur

proprie. De angiportu præcessit; eodem hæc quoque spectare puto. Hesych. Διαύλους· στενοὺς τόπους, ὁδούς. Ἐκπεριτρέχειν perinde debet intelligi, tanquam legeremus: διαύλους ἐκ διαύλων περιτρέχων. ABR. Διαύλους synonymum est præcedentis στενωποῦ. Tu germanice verte: »die strassen auf-und niederlaufen.» BAST. Ipse se reprehendit Bast. (Epist. Crit. p. 266.), notans δίαυλον esse cursum ipsum, ipsam eundi ac redeundi actionem, allegansque Wolf. ad Liban. Ep. 277; recte. *Foucault de la Coudrière* vertit optime: »il n'a point de honte de faire tant de pas » perdus, tant d'allées et de venues pour néant.» BO.

Pag. 121. Νὴ τὼ Θεώ) Cod. νὴ τῶ Θεῶ, cui subscriptum iota, in codd. omitti solitum, adpingi jussit Samb. BAST. Scrib. νὴ τὼ Θεώ [receptum ab Abr., Polyz. et Bastio.]. Quod Spartiatæ, τὼ σιώ, h. e. νὴ τὼ Διοσκούρω. *Fratres deos* indigetavit latinitas. Sueton. Calig. [22. 5.]; Albinovanus in Consol. Liviæ [289.]. MERC. Vir doct. ap. Dorvill. τὼ σιὼ, » per Cererem et Proserpinam.» Sed vide Schol. Arist. ad Lysistr. 81. et Pac. 213. ABR. Formulam hoc loco et I. 19. Merc. minus bene reddidit, »per » deos Fratres.» Germanum fuisset, » per Deas,» h. e. Cererem et Proserpinam, de quibus numinibus ut cogitetur, opus esse correctionis νὴ τὼ σιὼ credat Judæus Apella. Consule Aristoph. Conc. 155, in quo loco meridiana luce clarius est, μὰ τὼ Θεὼ mulierum fuisse per Cererem et filiam testandi formulam, et Phryn. [Eclog.] pag. 82. νὴ τὼ Θεὼ, ὅρκος γυναικός· οὐ μὴν ἀνὴρ τοῦτ' ὀμεῖται, εἰ μὴ γυναικίζοιτο, ubi vide Nunn. et Scalig.

Hesych. Νὴ τὼ Θεώ· ὅρκος κατὰ Δήμητρος καὶ Κόρης. Contra locus, in quo νὴ τὼ Θεὼ de Castore et Polluce diceretur [doricum et laconicum νὴ τὼ σιὼ eo sensu frequentissimum], licet forte inveniendus, mihi nondum innotuit. Cf. omnino Schæf. Melet. p. 30. Adde Valck. Adon. p. 286 B; Verheyk. ad Antonin. pag. 192. Lucianus D. Mer. 7. κατὰ ταῖν Θεοῖν : sic bene cod. Vat. 87. pro Θεαῖν : vide ibi Reïtz. Alciphr. II. 4. μὰ τὰς Θεάς. BAST. Plutarchus Alcib. 19. ταῦτα γὰρ ἐν τῇ εἰσαγγελίᾳ γέγραπται· τοῦ Θεσσαλοῦ τοῦ Κίμωνος εἰσαγγείλαντος Ἀλκιβιάδην ἀσεβεῖν περὶ τὼ Θεώ. Et c. 22, ipsa recitat accusationis verba : Θεσσαλὸς.... Ἀλκιβιάδην.... εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ Θεὼ, τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην : ubi placet Corayi crisis verba τὴν Δ. — Κόρην pro glossemate habentis ejiciendo. Nam Athenienses, quibus scripta fuit hæc accusatio, non indigebant formulæ sibi notissimæ explicatione. Adde Schol. Œd. T. 1458; Lobeck. ad Phryn. p. 195; Ducas. ad Plutum p. 187. BO.

Pag. 121. Κνήμην ἰθυτενῆ) Hesych. ἰθυτενὲς, ἐπ' εὐθεῖαν τετραμμένον : malim τεταμένον, ut explicat Suidas. ABR. Recte : nam Lucianus Amor. 14. κνήμης ἐπ' εὐθὺ τεταμένης. Hanc tibiæ rectitudinem laudat Philostr. in Hyacintho picto Icon. 14. p. 885. σφυρὸν μὲν αὐτῷ κοῦφον ἐπ' εὐθείᾳ τῇ κνήμῃ : et in Meleagro pag. 887. κνῆμαι δ' αὐτῷ εὐπαγεῖς καὶ ὀρθαί. Tibiæ non rectæ apud Philostr. seniorem Icon. II. pag. 845. sunt illiberales : καὶ τὸ μὴ ὀρθὸν τῆς κνήμης, ἀλλ' ἀνελεύθερον. BO.

Pag. 121. Ὑπογ.—πόδα—εὔρ.) Hausit Noster, ut tot alia ex Luc. 3. Ἑταιρ. ἀπογυμνοῦσα ἐπὶ πολὺ τὰ σφυρὰ ὡς μόνη καλὰ ἔχουσα—Δίφιλος δὲ ὑπερεπήνει τὸ εὔρυθμον. ABR. Theophr. Char. 14. τὸν πόδα φῆσαι εἶναι εὐρυθμότερον τοῦ ὑποδήματος. Contrarium habes in Fragm. 4. Alciphronis: οἱ πόδες ὡς πλατεῖς, ὡς ἄρυθμοι, ubi ἐριτμοὶ, quod a Dorv. proponitur, nullius est pretii. BAST. Cf. p. 462, ubi pro p. 421. scr. p. 400.

Pag. 121. Ἕτερα δὲ—δυνατά) Malo ut verba aptius procedant, ἕτερά τε. PAUW. Male.—Totidem verbis ex Xen. Eph. descripsit. Locus est I. 4. et pridem observatus Hemsterhusio Misc. Obs. III. p. 407. Merc. τὰ δυνατὰ retulit ad μέρη. Simili ratione gallicus interpres. Verti posse arbitrantur duumviri populares, » partes efficaces, » quibus multum efficitur: » obstat linguæ ratio. Veram formulæ τὰ δυνατὰ vim Loc. ad Xenoph. explicat, *quantum licet*, ὅσα ἐξῆν: Heliod. VII. p. 321. τὰ δυνατὰ συμπράττειν. Lucian. t. 3, p. 54. ὅσα δυνατά: t. 7, p. 98. ὡς δυνατόν: cod. Vatic. addit ἦν. Clem. Alex. Pæd. II. 2. ἀπογυμνούμεναι τοῖς συμπόταις ἃ δύνανται. De formula εἰς τὸ δυνατὸν in testamentis usitata vide Casaub. ad Diog. Laert. 3. 41. BAST. Cf. Peerlk. ad Xen. loc. p. 105. BO.

Pag. 121. Ἐρεθίση) Suppleveris εἰς τὸν ἔρωτα, sive εἰς τὴν ἀφροδίτην, eodem redibit. Achill. Tat. 5. pag. 347. οὐδέν σε ἠρέθισεν εἰς τὴν ἀφροδίτην. ABR. Vid. Villois. ad Long. II. pag. 30. Theocr. 23. 18. ἐξ ὀργᾶς ἐρεθίζετο μᾶλλον ἐραστάς. BAST. Dioscorid. Epigr. I. Ζῆνα θέλων

ἐρεθίσαι. Schol. Pluti 152. notat meretrices τὸν πρωκτὸν τρέπειν ὡς τὸν ἐραστὴν, πρὸς τὸ ἐρεθίζειν αὐτόν. Cf. p. 404. BO.

Pag. 121. Ἡ καλή) Notus atticismus a Mercero minus bene redditus, satis vero illustratus a Dorvill. in Vanno p. 141. et ad Charit. p. 618, et Lennep. ad Phal. p. 94—96. BAST. Gallice sic omnino, *la belle*. Et sic alibi, quod et per synonymum, ὦ καλὴ, effert : confer p. 406. Hunc usum nominativi cum articulo pro vocativo tractavi ad Nicet. p. 240. Adde Valck. Schol. in N. F. t. 2, p. 397. BO.

Pag. 121. Παίζεις) Cod., Sambuc. et Mercer. πίζεις. Mercerus conjecit πταίζ. Sed non recepit : recepere audentiores alii. Cf. not. p. 339. et Dorv. l. c. BO.

Pag. 121. Τούτων προκαλινδουμένη) Glossa codicis, κυλιομένη. Merceri conjecturam τούτων pro τοῦτον receperunt Abr., Polyz. et Bast. BO. Existimabat vir d. Mercerum conjecisse videri [imo non videtur] τούτῳ, non τούτων : verum non debuisse τοῦτον esse suspectum, ut quod regatur ab ἱκετεύῃς. Vellem simul ostendisset quomodo procedat τοῦτον ἐμὲ ἱκετεύῃς. Ferri haud dubie possit τούτῳ. ABR. Τούτῳ tunc intelligetur ut τῷδ' ἀνδρὶ, quod est toties in scenicis, nec nusquam in prosaïcis scriptoribus, etsi aliter sentire vir eximius ad Demosth. visus sit : cf. Palair. et Raphel. ad Matth. 3, 3. Obiter tangam locum in OE. T. 1450. intricatum : παρθένοιν, Αἶν οὔποθ' ἡ 'μὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς Τράπεζ' ἄνευ τοῦδ'

ἀνδρός : ordo, ni fallor, hicce est : αἴν ἄνευ οὔποτε χωρὶς ἐστάθη ἡ ἐμὴ τοῦδ' ἀνδρὸς τράπεζα βορᾶς. Et illud etiam obiter : in Horatio I. S 9. »*hunc hominem* velles si tra» dere» capiendum est pro *me*, *qui loquor*, quod tritum est; sed a sensu Batteuxius interpres gallicus prorsus aberravit. In Aristæneto τοῦτον ἐμὲ non mihi valde displiceret. Latini *ille ego*; Græci οὗτος ἐγώ. BO.

Pag. 121. Ἱκετεύῃς) Reposui loco ἱκετεύεις, et errorem quoque animadverterat Tollius. ABR. Abr. sequuntur reliqui. Cf. et p. 609. BO.

Pag. 121. Τὸ σόν) Cod. σοῦτον. Sambuc. mentem non advertens ad lineolam vocali ultimæ superscriptam, edidit σοῦ τὸ, quod, in τὸ σοῦ mutavit [mutandum proposuit] Merc. BAST. Reliquerat forte Auctor, σοῦ ἀκέσ. τὸ πάθος, vel ut Mercerus τὸ σοῦ : quanquam isto ordine potius scripsisset τὸ σόν. ABR. Ad Scriptoris usque observatam consuetudinem excudi jussimus τὸ σόν : II. 1. τὸ σὸν αἰτιάσηται κάλλος : 2. τῷ σῷ τετόξευμαι κάλλει : 9. τῆς σῆς διαπεπλωκέναι φιλίας : I. 10. τὸ σὸν αἰδούμενος κάλλος : 24. τὴν σὴν ἐκδέδωκας ὥραν : et in multis aliis locis. BAST. quem cf. et in Epist. pag. 268. Recepi emendationem probabilissimam. Potuit tamen scribere Auctor cum epitheto, σοῦ τὸ δεινὸν ἀκ. π. vel simile aliud. Polyz. edidit, σου τὸ πάθ. ἀκέσ. BO.

Pag. 121. Διαμωκωμένη). Cod. cum prima edit. διαμυκωμένη, quod cum ferri nequeat, Merc. certissime emendat διαμωκ.; quæ correctio, præter Abr. et virum doct. ap.

Dorv., placuit etiam Berglero ad Alc. p. 136. [1. 33. 15.], et Heringæ Obs. pag. 29. BAST. Placuit et Polyzoï. Berglerus ibi verbum hoc illustrat. BO.

Pag. 121. Ἠθικῶς) Cf. p. 551.

Pag. 121. Ὑπεροπτικῶς) Glossa codicis, ὑπερηφάνως, ἀλαζονικῶς. BO.

Pag. 121. Ἐγὼ, τάλαν!) Quum esset ἐγὼ τάλαν· Pauwius notavit: »distingue ἐγὼ, τάλαν; *ego, misera?* rogem » scilicet te mederi malo meo?» Melius viri d. in Vanno p. 613. vertunt, *ego, o miser? ego, miselle?* BO.

Pag. 121. Μὴ, ὦ Ἀ., γένοιτο) Lucianus D. Mer. 13. totidem verbis. BAST. Egi de hac formula ad Nicetam p. 260. Demosthen. Mid. § 57. ὃ μὴ γένοιτο οὐδ' ἔσται: quam formulam habet Aristoteles in Testamento ap. Diog. Laert. V. 12. ἐὰν δὲ τῇ παιδὶ συμβῇ τι, ὃ μὴ γένοιτο οὐδὲ ἔσται, πρὸ τοῦ γήμασθαι. Adde Carpzov. ad Hieronym. Dial. p. 97; Lamb. Lucubr. Gell. p. 70; Sturz. de Dial. Maced. circa finem. Aliis verbis Dem. Procem. 21. 25. ὃ μὴ συμβαίη. BO.

Pag. 121. Ἐπείσθης) Erat vir d. qui ἐπήρθης putabat scribendum; vetat Æschyl. qui sic Pers. 806. κεναῖσιν ἐλπίσιν πεπεισμένος. ABR.

Pag. 121. Οἴει μᾶλλον ** καλός) Samb. οἴει μᾶλλον κ., quamvis deest in cod. vox literarum quatuor vel quinque. BAST. »Putas te pulchriorem» : μᾶλλον καλὸς pro καλλίων et κάλλιστος. PAUW. Vir d. ap. Dorv. ἐπείσθης εἶναι

παντὸς μ. κ. Tollius adscripserat, » hæc corrupta sunt, » conjectura proposita, εἰ ἀφδεῖς διὰ τὸ κάλλος. ABR. Νηρέως οἴει καλλίων εἶναι. REISK. Non displicet Reiskii crisis; sed debuisse scribere Νιρέως monuit Bastius adferens Lucian. Tim. 23; Libanium t. 4, pag. 190; quibus adde notata ad Manassis Fragmenta p. 430. Polyzoïs pessime edidit, οἴῃ μ. καλός. BO. Mihi haud improbatur suspicio eumdem infinitivum εἶναι, scripturæ compendio parum intellecto, etiam hic omissum fuisse a librario. Μᾶλλον καλὸς pro κάλλιστος accipiendum monuit Pauw. BAST.

Pag. 121. Προσδοχᾷν — παράμενε) Codex cum post προσδοχᾷν, tum post ἔρως exhibet colon. Dissentiunt critici utrum verba ἕως ἂν παρ. ἔρως jungi debeant cum προσδοχᾷν, an cum παράμενε. BAST. Distingue : τοιοῦτον ἐπ. σοι, προσδοχᾷν, ἕως — » illud tibi in mentem venit, » exspectare scilicet, donec » — An legendum potius? τοσοῦτον ἐπ. σοι προσδοχᾷν — Id facilius et planius. PAUW. Abresch. proposuit, ἐπῆλθε προσδοχᾷν. Ἕως ἂν οὖν παραγ. — Ἔρως, παράμενε : vel, ἐπῆλθε προσδοχᾷν ἕως ἂν παραγ.—Ἔρως· ὥστε παράμενε. Reiskius, ut Abr. ἐπῆλθε προσδοχᾷν. Ἕως οὖν παραγ. vel ἕως οὖν ἂν παραγ. — Ἔρως, παράμενε. Et animadvertit Abr. Interpretem legisse τοσοῦτον, non male, quanquam τοιοῦτον ferri posse videatur. Bastius edidit ἐπῆλθε προσδοχᾷν. Ἕως ἂν παραγ. — Ἔρως, παράμενε. Et in versione, *donec igitur advenerit*,... favet conjecturali insertioni conjunctionis οὖν : in notis fluctuat nilque decernit. Polyz. edidit ut priores editores, προσδοχᾷν ἕως—Ἔρως· παράμενε——Ego aliter

feci. Distinxi ut τοιοῦτον ἐπῆλθέ σοι intelligatur de κενῇ ἐλπίσι, de sperato illo Arcitenentis auxilio. Stylus est ἀσύνδετος, et jam sic supra processit oratio: ἐπείσθης οἴει. Displicet tamen hæc junctura, προσδοκᾷν, παράμενε: nam velim προσδόκα, vel παραμένειν. Visne et aliquid conjecturæ?... ἐπείσθης. Ἐπεὶ δὲ οἴει μᾶλλον Νιρέως εἶναι καλὸς, καὶ — ἐπῆλθέ σοι, προσδόκα (vel προσδοκᾷν) ἕως ἂν — Ἔρως, παράμενε.....BO.

Pag. 121. Ἐπαγρυπνῶν) Vera Sambuci emendatio. Nam in cod. perperam ἐπαγρυπνῶς. BAST.

Pag. 121. Μηδὲν διανύων) Lucian. t. 4, p. 263. οὐδὲν ἠνύομεν. Artemid. IV. 61. ἐδικάσατο ἡ γυνὴ καὶ οὐδὲν ἤνυσεν. ABR.

Pag. 121. Κλυδωνιζ.) Vide Barth. in Claud. p. 613. et 1192; Apostolum ad Ephes. 4. 14, ibi Wolfii curas; Hesych. in V. etc. ABR.

Pag. 121. Φησίν) Bastii Specimen φασὶν, quod pro vulgata φησὶν conjecerant Merc., Huet. et Polyz. Cur φησὶν (auctor nempe aliquis, nunc Æschylus) retinendum sit, ostendunt notæ ad Marin. p. 149; Jacobs. ad Anth. Palat. pag. 647; nuperus Asini Lucianei editor pag. 230. BO. In Heliod. v. p. 233, 235, pro φησὶν Huet. conjicit φασὶν, et Venetus exhibet φασίν. BAST.

Pag. 121. Ἔνθα ἄνεμος —) Proverbiale est. Æschylus Philocteta: Ἔνθ' οὔτε μίμνειν ἄνεμος, οὔτε πλεῖν ἐᾷ: ap. Parœmiographos, qui notant dici ἐπὶ τῶν δυσχρήστως

ϰραπεσόντων. MERC. Apostol. Cent. 8. 30. HUET. iogenian. VIII. 90. Appianus B. Civ. V. 90, 84. ὁ τοῦ υθοῦ σπασμὸς ἐπὶ πάντα εἰλούμενος, οὔτε μένειν οὔτε εὔγειν ἐπέτρεπε. BO.

Pag. 121. Ἐκτέον) Editt. ἐκτέον. Pro ἐκτέον ceu legisset Ierc. Θικτέον sive ἁπτέον, vertit *attingere*. Θικτέον vix onveniret; melius ἁπτέον. Legi alioqui posset μεθεκτέον. Verum nihil mutandum : simplex posuit pro composito ιεθεκτέον, ut ἕξει pro μεθέξει Geopon. V. 19. ABR. Sæpius occurrit ἔχειν cum genitivo. Iambl. V. Pyth. p. 132. ποιμνήματα περὶ πάντων ἔχοντα τῆς ἀληθείας : conjiciunt χόμενα : forte ἔχοντα est pro μετέχοντα. In Æliano V. H. I. 14. cod. Vat. ut Lugdun. habet, ἔχειν γε μὴν καὶ θυμοῦ. BAST. Sic Galli nostrum *avoir* construimus. BO.

Pag. 121. Ἐστίν σοι) Cod., Samb. et Mercerianæ, sic. Abresch., Pauw., Polyz., Bast. sine ν ἐφελκ. Cf. p. 556.

Pag. 121. Τῶν ἡμετέρων) II. 7. fin. τῶν ἐμῶν. BAST.

Pag. 122. Ἀπαλλακτ.) Debetur Abreschio loco mendosi in cod. et prioribus editt. ἀπηλλακτέον. BAST.

EPISTOLA XXVIII.

Pag. 122. Παλίμβολον) Male, ante Abresch., edd. servant codicis scripturam παλίμβουλον, cujus correctionem

pridem subministrare potuisset epistolæ locus, ubi sam est vocab. παλίμβολος. BAST. Vide Hesych. et Sui Variant itidem codices circa ἦθος παλίμβολον, in Basil Ep. 107. ABR. Cf. p. 539, 605.

Pag. 122. Κοχλίδος) Samb., Merc. et cod. Κολχίδος sic in extrema epistola. Abresch. et Polyz. Κοχλίδος. BO Κοχλίδος scribendum indicat quod mox ait, ἐπώνυμος τῆ σκολιότητος ἡ Κοχλίς: tortuosæ enim conchæ. Sed et i nomen mulieris meretricis Luciano Ἑταιρικῶν 15. MERC

